Alexand. ¶ Alexander aūt(vt sibi recitat Cōmentator)hoc pbat ex pte ipsius intellectus sic. Omne ens quā peruenerit ad finē τ vltimā pfectionez in gnātione τ in esse:tunc veniet ad finē τ cōplementuz in sua actione(si fuerit ex entibus agētibus)aut in sua passione(si fuerit ex entibus passibilibus)aut in vtroqz(si fuerit vtriusqz)ergo necesse est vt cuz intellectus in habitu peruenerit ad finē τ vltimā suā perfectionē in gnōne τ in esse. tunc veniet ad finez τ cōplemētū in actione sua. Sed pfectio in actione sua est creare itellecta.τ intelligere ea.sic videlicet q̄ pfectio tñ causando intellectus est facere oia intellecta in potētia(abstracta/τ nō abstracta)itellecta in actu/ τ eadē rōne.pfectio in itelligēdo est itelligere oia/que sunt actu intelligibilia τ abstracta/τ nō abstracta. Igit̃ necesse est vt quā intellectus qui est in habitu venerit ad suā vltimā pfectionē in esse.habeat has duas actiones pfecte.s.facere oia in potētia intelligibilia.in actu intelligibilia τ intelligere ea:siue sint abstracta siue nō abstracta.

Rñsio Cōmen. Ad istam rōnem rñdens Cōmentator ibidez.concedit totā adductionē/vsqz ad istā ppositionem.qñ dicit q̄ pfectio itellectus in causando intellecta est facere in potentia τc.τ q̄ etiā pfectio intell's in itelligendo est intelligere oia actu itelligibilia siue sint abstracta siue nō:dicens q̄ hoc nō est verū/q̄ pfectio intell's in intelligēdo est intelligere oia actu intelligibilia siue sint abstracta siue non.nisi hoc nomen.quod dico imaginari dicatur de abstractis τ mālibus vniuoce:sicut dicit̃ hoc verbum ambulare de pfectiori τ imperfectiori.τ enim certū est q̄ abstracta nō cadunt vniuoce sub imaginatione cū nō abstractis.igit̃ rō nulla.

Auēpace. ¶ Jō Auēpace hoc pbat/ex pte intell's agētis sic. ¶ Intellectus cū intelligit:aut puenit ad simplicē qdditatē.aut ad habentē qdditatē.aut ad nō habentē qdditatez neqz que sit qdditas. Si ad simplicē.habet̃ ppositū. Si ad habentē qdditatē.tūc erit itellectus natus reuerti/τ extrahere qdditatē illā. Aut ergo in ista reuersione τ abstractione pcedet̃ in ifinitū.aut sedabit̃. Non pōt pcedere in infinitū qa faceret qdditates τ intell's infinitas in specie.s. sm q̄ q̄dā eorū magis sunt liberate a mā q̄z alia. Si sedabitur aut pueniet ad qdditatē/que nō hz qdditatē:τ tūc habet̃ ppositū/qa perueniet ad qdditates simplices/aut sedabitur.qa ista qdditas in qua sedat̃ hz qdditatē.τ tūc est falsum q̄ sedabit̃:qa tunc nō sedabit̃ nisi pro tanto dicat̃ ibi sedari eius abstractio:qa intellectus nō hz nām extrahēdi istaz:hoc aūt est ipossibile:qa ipossibile est inuenire cuius qdditatē non est itellectus innatus abstrahere a qdditate: qm̄ intell's iste nō diceret̃ nisi equoce.cuz intell's natus est abstrahere qdditatē in eo q̄ est qdditas. Si perueniat ad nō habentē qdditatē neqz sit qdditas.hoc est ipossibile/qđ enim nō hz qdditatem.nec est qdditas.est priuatio simplex.

Rñsio Cōmen. ¶ Rñdet Cōmētator.q̄ si hoc nomen qdditas diceretur de qdditatibus rerū māliū.τ de qdditatibus rerū itelligibiliū abstractaꝝ vnico mō.tūc ppositio dicēs.q̄ intellect⁹ innatus est abstrahere qdditatez in eo q̄ est qdditas.esset vera. Si aūt sit equocū.nō est vera demōstratio. Uult aūt dicere.q̄ qz qdditas sepatoꝝ τ māliū nō est qdditas vnius rōnis ideo licet intell's agens habeat actionez circa mālia abstrahendo.τ ostēdēdo illa intellectui possibili.nō tñ verum est hoc de sepatis. ¶ Sed ne redeā.hic itelligēduz est q̄ positio istoꝝ fuit q̄ intell's noster nō solū pōt intelligere deum in lumine nāli/sm q̄ relucet in phantasmatibus creaturarū.sed q̄ habita perfecta cognitione de creaturis. intell's noster transferret se ad cognoscēdū deū/vt in seipso intelligibili. Os aūt sic intellexerit ex hoc patet. Quia Commentator rñdet ad Alexādrū(qñ dicit q̄ perfectio intell's mālis est intelligere oia/que sunt abstracta siue nō)q̄ hoc nō est verū.nisi hoc nomen(qđ est imaginari)diceretur de abstractis τ non abstractis vniuoce. Et rñdet eodē mō ad Auēpace(qñ dicit q̄ intell's agens pōt abstrahere perueniendo vsqz ad qdditatē simplicē)dicēs.q̄ nō est veꝝ nisi hoc nomen qdditas diceret̃ de abstractis τ nō abstractis vnico mō. Sed certū est q̄ ista rñsio non esset contra eos si posuissent deum cognosci a nobis/vt relucet in phantasmatibus creaturarū:qz tunc cadit sub imaginatione sicut alia.τ sic qdditas sua est eiusdē rōnis quoquo modo cum qdditatibus aliorum.ergo τc. ¶ Sed ecōtra Cōmentator posuit q̄ solū peruenimus ad cognitionē dei/vt relucet in phantasmatibus creaturaꝝ. Unde positio sua(q̄tuz ad ppositū)consistit in hoc:q̄ qñ intell's agens cōiungit̃ perfecte cum intellectu māli mediantibus intellectis speculatiuis/τ formis imaginabilibus.tunc intell's mālis dicit̃ intellectus in habitu:iste aūt intell's in habitu sic.est perfectus

in cognitione rerum mãliũ. ¶ Tunc vlterius. Intellectus agens ita perfecte copulat se ipsi intellectui in habitu materiali: ꝙ ipse intellectus in habitu materiali ex ipsis phantasmatibus creaturarũ multa cognoscit de deo ⁊ intelligẽtijs. ⁊ tũc intellectus agẽs fit forma ipsius materialis. ⁊ tũc intell's mãlis dicit̃ intellectus adeptus. Intellectus aũt cũ fuerit adeptus. tunc per intellectũ agentẽ tanꝗ̃ per ꝓpriã formã, intelligit oĩa entia: ⁊ ita formas penitus liberatas a materia, Hec Cõmentator: ⁊ sunt verba sua ibi. Manifestum est ꝙ ꝓportio eius ⁊c. modicũ post ibi. Nos aũt agimus. ¶ Et vult Cõmentator talẽ rationẽ facere. ¶ Intellectus materialis ⁊ agens. cũ sint adequate virtutes inter se ⁊ ꝓportionate (possibile enim est, ꝙ intellectus mãlis qñq3 adeptus sit sibi intellectum agentem, ⁊ hoc mediantibus intellectis speculatiuis ⁊ formis imaginabilibus. s. qñ adeptus est sibi ⁊c.) põt cognoscere oĩa, que relucent in talib⁹ medijs imaginabilib⁹ speculabilib⁹. Sed in medijs imaginabilibus materialibus relucet deus. qð ex hoc patet, qr ex illis multa cognoscit phs de deo. Igit̃ quãdo sic est adeptus ⁊c. poterit cognoscere deum. ¶ Hec igit̃ est opio Cõmentatoris. ꝙ intellectus materialis potest solum intelligere deum ⁊ substantias separatas ẜm ꝙ relucent in phantasmatibus creaturarũ. Hec vide expresse in cõmento ab illo loco cõmenti. Nos aũt agimus ⁊c. vsq3 in finem ⁊c. pondera. ibi. Sed econtrario ꝙ intell's agentis ⁊c. Et infra. ibi. Et ex hoc apparet ꝙ sua intẽtio ⁊c. ¶ Et ꝙ hec sit itentio Cõmentatoris: ꝓbo. Supra enim in cõmento. 36. est q̃stio. Quare cognitio substantiaꝝ separatarũ. vt sunt in seipsis. nõ est pars partiũ scientiarũ speculatiuarũ nostrarũ. Ubi Auempace rñdebat. ꝙ hoc est ꝓpter inexercitationem nostraʒ sicut est de multis artib⁹ alchimie (quere. 1. lib. di. 4. arti. 3. in responsione ad pmũ dubiũ.) ⁊ Cõmentator tenet cõtrariũ. Et dicit. ꝙ illa intentio nõ est aliqua sciaꝝ speculatiuarũ. sed est aliqd currens cursu rei nãlis ad disciplinam sciaꝝ speculatiuarũ que perficiunt intellectũ in habitu per intellecta speculatiua acquisita ⁊ facta in intellectu materiali, virtute agentis generantis intellecta in potentia, ⁊ efficientis ea intellecta in actu. Ecce expresse. ꝙ nihil cognoscimus de substãtijs sepatis, nisi ẜm ꝙ currit in nobis acqsitio aliarũ sciaꝝ speculatiuarũ (scilicet ẜm ꝙ intell's agẽs facit intelligibilia in actu) ⁊ vltimo, cognoscimus substantias separatas ex phantasmatibus creaturarũ. ¶ Item ꝙ oporteat Cõmentatorẽ necessario hoc ponere ꝓbo. Quia aliter responsio ꝓpria fuisset contra se ipsum. Nam si ipse posuisset, ꝙ intellectus noster habita perfecta cognitione creaturarũ. tunc vltra se potuisset transferre ad cognoscendũ deuʒ. vt est in se. respondet̃ sibi, vt ipse rñdet alijs. s. ꝙ hoc nõ est verũ. nisi q̃dditas substantiarũ separatarũ esset vniuoce q̃dditas cum q̃dditatibus mãlibus. ⁊ vniuoce caderet sub imaginatione. Igit̃ rñsio sua. aut est ꝯtra seipsuʒ: aut seq̃t necessario. ꝙ ipse soluʒ posuit nos posse cognoscere deum. vt relucet in phantasmatibus creaturaꝝ. ¶ Hec etiã fuit opinio Aristotelis. Nam in 3° de aĩa. tex. cõ. 13. mouet istam qõnẽ. Utrum videlicet itellectus possit intelligere seipsuʒ. Et rñdet statim. tex. cõ. 15. ⁊ dicit. ¶ Et intelligit seipsuʒ sicut ⁊ alia. Ubi oẽs expositores dicunt. ꝙ ipse intelligit per hoc, ꝙ dicit sicut ⁊ alia. hoc est per phantasmata. Tunc arguit̃ sic. Maiorẽ habet cõuenientiã intell's possibilis ad intelligendũ seipsum q̃ ad intelligendũ deum, ⁊ intelligentias. Sed intellectus possibilis seipsuʒ nõ potest intelligere, nisi per phantasmata (scilicet vt relucet in phãtasmate.) ergo nec deum ⁊ intelligentias a mã separatas. ¶ Ad hoc etiaʒ est cõmentũ. 3. de aĩa (qð nõ recipit glosaʒ) vbi loquit̃ de intellectu in habitu. s. ꝙ qñ scit singula: ⁊ dicit Cõmentator. cõ. 8. Qñ intell's fuerit in illa dispõne ⁊c.

Rõ Cõm. — *Opio Cõmen.* — *Opinio Aristo.*

intelliget se ẜm ꝙ ipse non est aliud nisi forme reꝝ inq̃tũ extrahat eas a mã. Nota: intelligit se: q est vna sub̃a separata ẜm cũ: ⁊ hoc ẜm ꝙ ipse non est aliud nisi ⁊c. ¶ Nota pro intellectu illius longissimi cõmẽti. 36. (qð est diffusũ) qð Cõmentator qñq3 bene videt̃ loqui ꝓ ista cõclusione. ⁊ aliqñ cõtra. Sed solo est ꝓ hoc, ꝙ a pñcipio cõmẽti. (qð durat per duo maxima folia vsq3 ibi. Nos aũt agimus) loquit̃ disputatiue ⁊ recitatiue: ⁊ ideo quasi disputando ⁊ inquirendo dicit: dicamus quater vel pluries. ita ꝙ modicũ dicit de ꝓpria intentione. sed mõ pro. modo contra. Sed versus finẽ. ibi (Nos aũt agimus) ponit ꝓpriã opionẽ quã etiã ibi tenet. qð ego dixi: ergo ⁊c. ¶ Est tñ intelligenduʒ. ꝙ hec dicta sunt de intentione Cõmẽtatoris pro statu quo intellectus materialis copulat̃ nobiscum.

Secundus articulus. De mõ intelligendi deuʒ quo ad statũ separationis, siue post mortem ẜm Cõmentatorẽ. Uult eniʒ ipse. ꝙ cognoscat intelligentiaʒ agentẽ, vt est eus in seipso. ⁊ eadẽ rõne alias intelligentias: vt ꝓbat̃ libro. 2. di. 5. arti. 2. ⁊ 3. ¶ Pro quo premitto. Primo ꝙ phs. 12. meta. tex. cõ. 17. querens istaʒ questionẽ de formis substantialibus nostris. si aliquid remanet in postremo. rñdet: ꝙ de omni aĩa nõ põt concedi hoc. addens. Sed si anima est talis dispõnis, scilicet ꝙ remanet. non tota. sed intellectus: tota enim ĩpossibile forte. Ecce vult hic. ꝙ intellectus post morteʒ manet. ¶ Scðo premitto. ꝙ in isto passu Cõmentator. cõ. 17. tenet cũ Alexandro. ibidem. in duobus. Primo in hoc. ꝙ dixit intellectũ in habitu corrumpi: ⁊ dicit ꝙ est veꝝ: lʒ non simpl'r loquendo: sed illud qð corrumpit̃ est actio eius. esse aũt nõ corrumpit̃. Et scðo tenet cum Alex. supra in cõmen. 17. ꝙ intellectus adeptus remanet in postremo: ⁊ allegat ibi Cõmentator ad hoc. librum de aĩa. ¶ Tunc arguo ad ꝓpositũ. ⁊ ꝓbatur ꝙ non solum remanet intellectus possibilis post morteʒ in se. sed in operatione sua. s. intelligendo substantias separatas ẜm esse, qð habent in se ipsis. Quia Cõmentator hic loquit̃ (ꝑ primũ qð premittit̃) de anima separata post morteʒ: ⁊ per ẜm. de intellectu adepto. quem ponit. 3. de aĩa. s. cõmento. 5. vbi scilʒ ponit tunc intellectũ adeptũ quãdo cognoscit intelligentiaʒ agenteʒ. vt infra questi. 2. ponit̃ in. 2° arti. Idẽ ponit cõmẽto. 20. vbi vult ꝙ in postremo. idest post mortem, remaneat intellectus adeptus. sic ꝙ tunc intellectus possibilis intelligit agentem. Sed ẜm passum istuʒ. 12. metaphy. ipse non vult, ꝙ intellectus adeptus post mortẽ dependeat ab actione intellectus in habitu, que est circa phãtasmata. sed vult ꝙ actio illa intellectus in habitu. tunc corrumpat̃. Igit̃ vult (ex intentione) ꝙ post mortẽ intellect⁹ possibilis intelligat intelligentiaʒ agentem ⁊ alias substantias separatas: vt sunt in seipsis. ¶ Item hec est intentio sua 3° de aĩa. cõ. 20. Ubi intendit: ꝙ vbi dicit Aristoteles de intellectu. ꝙ nõ quandoq3 intelligit ⁊ quandoq3 nõ. sed cum est abstractus est illud, qð est tãtũ. ⁊ iste est imortalis semper. Primo nãq3 Cõmentator ibideʒ dicit ꝙ illud est dictuʒ de intellectu agente. sed (vt dicit) tamen alij expositores hoc exponunt de possibili: ⁊ ꝯcedit ꝙ potest intelligi de possibili. Uno modo ẜm ꝙ cõparat̃ ad hoiem ẜm spẽʒ. sed non ẜm indiuiduum. Alio mõ (qð est ad propositũ). s. ẜm ꝙ intelligit substantias separatas ⁊ intelligentiã agentem: qr tunc nõ inuenit̃ qñq3 intellectus ⁊ qñq3 nõ. Et isto mõ (ad ꝓpositũ) Cõmẽtator dicit ꝙ qñ incipit illa actio in intellectu possibili tunc opinandũ est ꝙ iste itellectus qui est in potentia (cum declaratus est ꝙ est eternus ⁊ innatus perfici per formas mãles) dignior est vt sit innatus perfici per formas non mãles que sunt in se intellecte: sed primo copulatur nobiscum. Hoc modo tenet in postremo quando perficitur generatio intellectus qui est in habitu. Nota

Aĩa rõnalis est immortalis. — *Aĩa separata cognoscit alia a se.* — *Opinio Auerro.* — *Arg^m p^m.* — *Arg^m 2^m*

hic quãdo

hic q̄si incipit cognitio intelligentiarū.s.q̄si itellectus in habitu est pfectus.s.habēs perfectā cognitionē materialiū in phantasmatibus creaturarū. ¶ Finaliter dat Cōmen. modum qualiter tunc perueniet in speculationē intelligentie agentis ⁊ aliarū. vt in se sunt: ⁊ dicit. Quādo sic fuerit copulatus cū agēte. deinde abstrahet ⁊ separabitur a cōmunicatione quā habuit nobiscū per naturā. ⁊ tunc peruenīet ad corruptionē intellectus in habitu: ⁊ per ɔsequens intentio quā tunc habebit, erit circa itelligentias ipsas in se. ¶ Ex his clare roboratur ppositū. Qr q̄n itellectus possibilis intelliget agētē ⁊ alias subas separatas (quando.s. adeptus fuerit intellectū in habitu in phātasmatib⁹ creaturaꝝ) sic tn̄ q̄ ibi nō stabitur. imo deinde abstrahet intellectus materialis a copulatione quā hʒ nobiscū per naturaʒ. ⁊ corrūpetur itellectus in habitu q̄ntum ad generationē scientie ex phantasmatibus. Sed ista nō essent vera q̄ itelligeret itellectū agentē ⁊ cetera separata post corruptionē intellectus in habitu ⁊ scientie acquisite ex phantasmatibus. nisi actio quā ex tunc habebit itellectus materialis respectu itelligētie agentis ⁊ aliarū substantiarū (de qua actione dicit q̄ p eam non quandoq̄ intelligit ⁊ quandoqʒ non) esset respectu intelligentiarum. vt sunt in seipsis.

Instantia

Contra. Cōmen. cū posuit generationē eternā a parte ante. ⁊ a pte post sequit̄ per ɔsequens. q̄ intellectus queʒ posuit vnū numero in oibus possit nūq̄ separari omnino: ⁊ ita nihil est qd̄ dicit̄ q̄.s. post separationē intelliget substātias separatas. vt sunt in seipsis.

Rn̄sio

¶ Respōdeo. q̄ per hoc qd̄ vult q̄ separat⁹ intellectus in postremo intelligat substantias sepatas in se. non intendit q̄ hoc erit per separationē a quolibet (quia hoc nunq̄ erit s̄m ipsum) sed vult q̄ post separationem ab isto vel ab illo. intelliget substantias separatas in seipsis: non sic intelligēdo q̄ post separationem sibi primo cōpetat intelligere substantias separatas s̄m esse propriuʒ qd̄ habent in seipsis. sed propter precisionē a cognitione que est continuendo s phantasmatibus. Et hoc dicit sic. quis scilicet post separationē a me et a te precise habebit istum actuʒ quo cognoscit substantias separatas in se. ⁊ non amplius ɔtinuendo cognitionē earum ex phantasmatibus suppositū a quibus separatur.

Duo quesita. Primuʒ.

Et hoc est primū principale qd̄ in isto 2° articulo volo inquirere: videlicet. Dubito ex primo articulo istius questionis. q̄ ex vi sue copulationis nobiscū habuit intellectus noster q̄ potest substantias separatas cognoscere soluʒ ex phantasmatibus creaturarū. An simul cum hoc posuit q̄ pro tēpore illius copulationis concomitanter. saltem cognouit substantias separatas in seipsis. ita q̄ non post separationeʒ primo.

Secūduʒ

¶ Et 2m p̄ncipale erit de eius conuersa.s. Dubito ex principio. 2. arti. istius questionis q̄ separatus cognoscit substātias separatas in seipsis. An econtra simul cuʒ ipsis illis ex natura separationis posuit Cōmen. q̄ cognosceret res materiales.

Rn̄sio Ad p̄m

¶ Ad p̄mū istorū. Dico esse intelligendū. q̄ Cōmen. non solū posuit q̄ intellectus possibilis copulatus nobis esset quedā intelligētia cognoscens ⁊ intelligens. sed q̄ itellectus agens esset intelligentia vere intelligens ⁊ cognoscens: ita q̄ preter hoc q̄ illuminat phantasmata nostra vere itellexit ⁊ cognouit entia. Et h̄ expsse habetur a Cōmen. 3° de anima cō. 20. vbi Cōmen. exponēs illam auctoritatē. Intellectus non quādoqʒ itelligit ⁊ quādoqʒ non ⁊c̄. dicit q̄ est dictū de intellectu agente. lʒ posset exponi de itellectu possibili.

Intellect⁹ agēs ⁊ possibil' quia itelligat separata.

Tūc dico ad ppositū: q̄ Cōmen. voluit. q̄ tam intellectus agens q̄ possibilis q̄ndiu copulabant̄ nobiscū (lʒ virtute copulatiōis hic solū abstrahebat: ille vō intelligebat) concomitanter in illa copulatione nobiscum. habebant suas proprias operationes que sunt proprie eis. vt sint quedam intelligentie in ordine intelligētiarum.s. intelligere se. ⁊ ceteras substantias separatas in seipsis non ex phantasmatibus creaturarū tm̄. Qd̄ patet. Nā arguitur sic.

Argm̄ p̄m

¶ Sequeretur eniʒ magnus error in natura. probo. Qr copulatio qua copulant̄ nobiscum est naturalis s̄m Cōmen. 3° de anima cōmē. 20. q̄ autem per hoc qd̄ cōuenit eis naturaliter orbarentur perfectione que conuenit eis s̄m ordinem suum quem naturaliter habent in ordine suo cum aliis intelligentiis (scilicet cognoscere in seipsis et alias intelligentias:) hoc esset orbare eas propria perfectione qd̄ esset magnus error in natura: igitur ⁊c̄.

Argm̄ 2m

¶ Hoc etiam patet manifeste fuisse de intentione Cōmen. 2° metaphy. cōmen. primo. Ubi expresse vult: q̄ difficultas comprehēsionis rerum que sunt in fine veritatis (scilicet in primo) ⁊ in p̄ncipiis abstractis a materia est ex nobis. Et reddit rationem: qr non sunt intellecta a nobis. nisi quia facimus ea intellecta. scilicet cōtinuendo ex phantasmatibus creaturarum. Et infra vult: q̄ lʒ sit difficile nobis isto modo. tamen simpliciter non est nobis ipossibile: qr (vt dicit) si ita esset. ociose egisset natura: quia fecisset illud qd̄ est in se naturaliter intellectū alicui. nō intellectum ab aliquo. Tunc arguo: Cōmen. ponit precise difficultateʒ cognoscendi ista s̄m q̄ continuamus cognitioneʒ illarum ex cognitione creaturarum quia metaph̄. nostra de illa cognitiōe loquitur ibi que est ex creaturis (vt probabo) sed lʒ sit difficile hoc mō vult. tamen q̄ nō est omnino impossibile nobis cognoscere eas sicut cognoscunt alie intelligentie. scilicet vt sunt in seipsis. probo. Quia aliter non valeret pbatio sua: q̄ scilicet natura fecisset illud qd̄ est naturaliter intellectuʒ ab aliquo. non intellectum. nisi enim nostra intelligentia nobiscuʒ copulata (de qua loquitur ibi) sicut ⁊ omnes intelligētie. naturaliter substantias separatas cognosceret vt sunt in seipsis. nulla consequentia esset: impossibile est q̄ sint intellecta a nobis ergo impossibile est q̄ sint intellecta ab aliquo. Et sic habetur propositum: scilicet q̄ nō est impossibile nobis idest p intellectum nobiscum copulatuʒ intelligere substantias separatas vt sint in seipsis.

Dubium. Rn̄sio

Sed tunc est difficultas de modo. quo iste due intellectiones simul extant in intellectu. ¶ Et credo q̄ Cōmentator habebat similem imaginationeʒ ad nostram. quā nos Theologi ponimus. Ponimus enim q̄ in copulatione qua copulamur obiecto beatifico. q̄ intellectus noster habʒ duas facies. Unam quā cōuertit ad faciē superiorem ad cognoscendum res: vt in verbo. Alteraʒ inferiorem qua conuertit se ad videndum res in proprio genere: ⁊ ponimus. q̄ ambe iste cognitiones manent simul. Sic eniʒ imaginabatur Cōmentator q̄ intellectus noster tam agens q̄ possibilis habet quodāmodo superiorem faciem vel aspectum qua conuertit faciem suā ad intelligēdū se ⁊ substātias separatas. ⁊ inferiorē q̄ ɔuertit se ad phātasmata: agens vʒ. illuminando. ⁊ possibilis in itelligendo. Et sic sequitur q̄ ambe operationes manebant simul.

Instantia

¶ Contra. Si sit simile. ergo sicut beati experiunt̄ istas duas actiones in se. sic in nobis experimur illas duas actiones intellectus copulati nobiscū: qd̄ falsuʒ est.

Rn̄sio

¶ Respondeo q̄ verū est. q̄ experiremur illas duas actiones si s̄m vtrāq̄ operationem copularetur nobiscum. sed (s̄m ipsum) lʒ vtranq̄ operationem exerceat in nobis. tamen soluʒ copulatur nobiscum mediantibus formis imaginabilibus. ergo ⁊c̄.

Ad 2m

Secundum principale in hoc articulo. Dico. q̄ nō fuit de intentione Cōmen. q̄ post separationem res naturales cognosceret per formam quā hic acq̄siuit. Qd̄ patet: qr Cōmē. 3° de anima. cō. 20. non ponit memoriam intellectiuā in nobis. sed solum speculatiuam: sic. vʒ. q̄ quando intellectus conuertit se ad aliquid qd̄ est in habitu conuertit se ad preseruata in memoria sensitiua.

Memoria non stat in postremo.

mediante tamē lumine intellectus agentis: ⁊ per ꝯsequens (sm ipsum) in anima separata cum nō manet aliqua virtus sensitiua nihil remanet. vnde habet cōuertere ad notitiam rerum in ꝓprio genere: ⁊ ita in anima separata non posuit notitiaꝫ rerū in ꝓprio genere. sicut nos ponimus naturalē acq̄sitam. Posuit ergo ꝙ intellectus illi separati post mortem cognoscebant res in proprio genere cognitiōe quadaꝫ naturali. alia ꝗ̄ acq̄rendo a phantasmatibꝰ. eo modo naturali quo alie intelligentie cognoscunt res materiales (quis sit ille modus habebitur. 2. li. di. 5. in arti. 3.) ⁊ ꝓbatur. Quilibet eniꝫ intelligēs inferiora se. non sicut obiecta perdeterminantia eius cognitioneꝫ. sed intelligendo seipsum vt obiectuꝫ per se. cōsecutiue intelligit alia. ¶ De autē nō sit dare memoriā intellectiuā sm Cōmen. patet 3° de anima. cō. 20. vbi dicitur sic. Hic surgit qō pfecte. Dicit enim (quereēs cum intellecta cōia sunt neqꝫ generabilia neqꝫ corruptibilia. sed habent moduꝫ) quare non memoramus post mortē cogitationū habitaruꝫ in hac vita. Et dicetur dissoluēdo: qꝛ rememoratio fit per virtutes cōprehensiuas passibiles (. s. materiales) ⁊ sunt tres virtutes. quarū esse declaratū est in sensu ⁊ sensato. scilicet imagīatiua. cogitatiua. ⁊ rememoratiua. Iste eniꝫ tres v̄tutes sunt in homine ad appꝛehēdenduꝫ formam rei imaginate quando fuerit sensus absens.

Intellectꝰ separatus q̄lr intelligit.

Instantia.

Contra illō dictū ꝙ Cōm. posuit duas facies in intellectu nr̄o. vn̄ dico ꝙ posuit tres: ꝓbo. ¶ Dabitum eniꝫ est in solutione ꝑcedentis dubitationis pro statu sue copulationis. de vna facie in ordine ad phantasmata. ⁊ de alia in ordine ad intelligētias in seipsis: ne orbetur sua naturali perfectione (vt dicis) nūc tertio dicis. ꝙ quadā cognitione naturali cognosceret res materiales non acquirēdo de phantasmatibus. sed quadā cognitione naturali modo quo aliquādo angeli ⁊c̄. Et ad hoc sequitur tertia facies. Et ꝓbatur. Quia dicis ꝙ illa cognitio tertia est naturalis: ⁊ dicis cuꝫ hoc. ꝙ istaꝫ tertiā faciem: ⁊ cognitionem habuit quando copulaꝛ nobiscuꝫ sicut ⁊ alias: ergo.

Solo.

Respondeo ⁊ dico. ꝙ posui duas non excludendo qn possint plures: qꝛ postq̄ꝫ multiplicatur facies in dualitatē in eadeꝫ intelligētia. non est inconueniens multiplicare trinitatē. vel vlterius. sicut natura exigit. Uerbi gratia. In anima nostra separata sm theologiā. ponimus duas facies. in verbo. ⁊ in ꝓprio genere: ⁊ illa que est in proprio genere. potest diuidi in duas facies: puta. ꝙ cognoscamus res per scientiā acq̄sitam a phantasmatibus ⁊ memoriter retentaꝫ: ⁊ per scientiā quā nouiter acq̄rimus naturalr (saltem q̄ntum ad naturalē cognitioneꝫ intelligentiarū aliarum quā habuimus hic in via) ⁊ ita erunt tres facies vel plures (si natura plures exigat) nec tamē oportebit nos istaꝫ tertiā experiri: vt dictum est in fine precedentis dubitationis de secunda facie.

Tertius articulus est. An ad habēdā q̄cūq̄ cognitionē supernaturaleꝫ generaliter necessario req̄ratur aliqō altius lumen lumine naturali. ⁊ hoc ex parte itellectus nostri. ¶ Ad qō sciendū est. ꝙ lꝫ Cōmen. posuerit nos cognoscere deuꝫ p intellectū adeptuꝫ qui dependet ab intellectu in habitu (vt in primo arti. declaratū est) ⁊ p itellectū adeptū nō depēdētē ab itell'u in habitu quo mō cognosceret deus vt est in se. ⁊ hoc q̄ntuꝫ ad eē absolutū diuinitatis: puta. vt est pͥᵃ ⁊ pfectissima intelligentia (vt in scḋo habituꝫ est) tn̄ nullo modo posuit ꝙ itellectus noster aliquo mō posset cognoscere deuꝫ vt est in se. sm ꝙ nos theologi ponimus: puta. sm ꝙ est in se vnus et trinus: ⁊ sic de alijs articulis fidei. Qō pꝫ. 12. metaph. c. 39. Ubi deridet opiōnē de trinitate ⁊ vnitate. ⁊ dic: ꝙ euadere voluerunt ⁊ euadere nō potuerunt. Et probat sic. Ubi substantia est numerata (⁊ vocat substantiā indiuidua substan

Ratio Auerrois.

Argm.

tie) non potest intelligi multiplicatio in vnitate. nisi ꝙ illa multiplicatio habeat vnitatē per intentionē additam. i. solum multiplicanꝛ sm predicatū vniuersale qō predicatur de eis: vt pꝫ de specie respectu indiuiduorum. Sed vbi est talis multiplicatio in vnitate nō saluatur trinitas suppositorū in vnitate essentie indiuisibilis: igiꝛ ⁊c̄.

Secundum hoc igitur est dicendū ad tertiū articulum. distinguendo: ꝙ tripl'r possumus loqui de cognitione dei a nobis. ¶ Uno mō de cognitione intellectus nr̄i ꝑ se. sm ꝙ est q̄daꝫ intelligentia in se (sicut loquiꝛ Cōmen. in isto 2° articulo) ⁊ sic dico: ꝙ ad cognoscēdum deuꝫ in se. sm ꝓpriam naturaꝫ deitatis absolutā. quā nos theologi vocamus cognitionē supernaturalē sm ipm non req̄ritur lumen nisi naturale. Dictum eni est ꝙ quādo copulatur nobiscum. sm ꝙ est intelligētia. sic intelligit deū in se. ⁊ etiam quando separatur a nobis: ⁊ certum est ꝙ loquitur solum de cognitione naturali. ¶ Alio modo loqui possumus de cognitione itellectus nostri. sm ꝙ copulatur cum intellectu in habitu ⁊ phantasmatibꝰ: ⁊ tunc siquis attenderet ad rationes philosophi vt loquiꝛ de intellectu vt copulatur nobiscū (de quo erat primus articulus) statim sequereꝛ ꝙ necessario req̄ritur altius lumen: vel ex parte intellectus. vel aliqual'r concurrens. vel cōmunicans. qō dico propter questionē sequentē. Naꝫ Alexāder etiā dixit: ꝙ qn̄ peruenerit itellectus noster ad cognoscendū deū. ꝙ tunc intellectus agens ꝑuenit ad vltimā pfectionē suaꝫ in agendo ⁊ ad cōplementū ⁊ finē. Et Auerrois dixit. ꝙ tunc itellectꝰ agens esset total'r adeptus ab intellectu possibili. Auēpace dixit. ꝙ tunc sedareꝛ omnis itellectus agēs. Sed certuꝫ est. ꝙ si itellectus agens in tali cognitione naturali de deo (de qua ipsi loquunꝛ) ꝑuenerit ad vltimā perfectionem suā in agendo. ⁊ ad cōplementū ⁊ ad finē. ⁊ total'r sit adeptus ab intellectu possibili. ⁊ oīno sedeꝛ. ꝙ tunc oīno nulla potentia sibi remaneret qua possit in vlteriorem actum. Et etiam certū est ꝙ possibilis (sm ꝙ copulaꝛ nobiscum) non pōt in maiorē actū nisi cōcurrēte agēte. Igiꝛ si intellus possibilis noster. seu itellectus copulatus nobiscū. habebit altiorē cognitionē de deo q̄ꝫ in lumine naturali ipsius itellectus agētis ad hoc est necessariū altius lumē. ¶ Tertio modo possumus loqui de cognitione itellectus nostri respectu dei sm ꝙ est credibilis a nobis: puta ꝙ est trinus ⁊ vnꝰ ⁊c̄. Et tūc adhuc diceret Cōmen. ꝙ ex parte intellectus requireretur altius lumē lumine naturali si isto modo deū cognosceret: qō patet per rōnem. Quia ipse ponit. ꝙ p itellectū adeptū. q dependet ab itellectu in habitu. sm suum esse copulationis nobiscum: total'r est adeptio in illo genere cognitionis. Et eodē modo ponit ꝙ p itellectū adeptū indepēdentē ab intellectu in habitu, est simpl'r ⁊ total'r adeptio intellectus sm ꝙ est quedā itelligentia nata cognoscere deuꝫ in se sm absolutā rōnem deitatis. Si ergo vlterius/debet cōpetere sibi aliqua cognitio oīmode cōpleta adeptiōe naturali. plane sequiꝛ. ꝙ opꝫ ꝙ lumē eius itellectuale nouiter vigoreꝛ. Sic ergo rnderet Cōmē. ad istū articulū. ¶ Sꝫ tn̄ ad istū articulū sunt q̄dā theologi: ⁊ ꝑcipue Thomas 3° ꝯ Henti. c. 52. tripl'r. Primo ꝙ necessario req̄ratur in nobis aliqua supernaturalis dispositio ad habendū supnaturalē cognitionē de deo. Secundo ꝙ ista dispositio debet vocari. lux. aut lumē. Tertio ꝙ illō lumē req̄riꝛ pp itellectū nostrū. ¶ Primū ꝓbant sic. Impoꝛe est ꝙ aliqua potētia eleueꝛ ad actū improportionatum sibi nisi prius p aliq̄d eleueꝛ ipm confortans. Sꝫ cognitio dei supnaturalis est nobis iproportionata: cū sit vltra naturā nostrā: ergo ⁊c̄. ¶ Itē. Impoꝛe est nō vnita vniri sine mutatiōe in altero vel in vtroq̄ꝫ. ergo si intellectus noster nouiter supernatural'r deo vniaꝛ ipse mutabitur. cū alter. s. deus nō possit mutari: sꝫ talis mutatio ad

Ratio.

Cognitio dei.

Opinio. S. T.

Argm pm.

Argm 2m.

altiorem

altiorē cognitionē intelligibilē maxime fiet per altiorē dispositionē quā primo habuit: ergo rc. ¶ Itē si aliqua potētia eleuet ad altiorē actū quē primo nō habuit: hoc erit per sue virtutis intensionē: vel per noue v̄tutis acceptionē. Sz cum acgrimus perfectiorē cognitionē de deo quā p̄mo habuimus (.s. cognoscēdo eū supernaturalr) sua v̄tus (.s. lumē intellectus agentis) intra suā naturā q̄ntumcūq; augeretur nō faceret ad cognitionē supernaturalē. q2 nō est eiusdē rationis cū naturali cognitione: ergo op3 dare q̄ hoc fit per nouā dispositionē acqsitam: qd est ppositū. ¶ Secundo dicunt. q̄ ista dispositio debet dici lux. Quia per ista naturalia cōuincimus z arguimus de supernaturalibus: sed iste habitus quo itellectus noster eleuat ad intelligendū in cognitione naturali vocatur lux. 3° de aīa. tex. cō. 18. ergo rc. ¶ Tertio dicunt. q̄ illud lumen nō requiritur q̄ faciat intelligibile in actu sicut requiritur lux itellectus agentis. sed propter hoc q̄ faciat intellectū possibilē intelligere. Hocq; pbant qdam. Aureolus suo quolibeto. q. 9. ar. 4. ppositione

Arg^m p^m Aureolus.

4. sic. ¶ Si qd min⁹ videt̄ inesse. z inest. z illud qd magis: sz respectu obiecti naturalis op3 fortificari lumē intellectus nostri per aliqd lumē vel habitū: igit̄ respectu supnaturalis. Probatio minoris. ¶ Intellectus eni3 discipuli nō sufficit ad attingendū scientiā magistri nisi habituet̄ per exercitiū z acqsitione3. Et hoc magis p3 in habēte minus clarū intellectū p naturā. Ille eni3 non pōt in eundē gradū cognitionis in quē pōt habēs per nām magis clarū itellectū. Ergo ad hoc q̄ illū gradū attingat. op3 ipm illuminari: vel p lumē. vel p gradū luminis. ¶ Itē. Actus cognoscēdi cōsistit in quadā claritate luminis itelligibilis: ergo q̄nto actus est pfectior tāto proportionalr requirit̄ claritas maior sz act⁹ supnaturalis est super totū lumē naturale in pfectione: ergo claritas sua vel lumē est supra totū lumē naturale. ¶ Concordat Scotus in simili. s. de charitate. p. ho. di. 17. arti. 3.

Arg^m 2^m

Scotus.

Opio 3°

Contrarium.

huius dicunt alij. s. Ualsinghaz arguit 3trarium z hoc sic. ¶ Propter talē cognitionē habendā de deo ad quā sufficiēter lumē itellectus nostri nāle posset fortificari nō requirit necessario altius lumē naturale ex pte itellectus nostri. Sed si de⁹ vellet/in tn̄ fortificari posset lumē itellectus nostri naturale. q̄ posset cognoscere deu3 sub oī ratione s̄m quā per qdcūq; aliō lumē supnaturale poterit vnq̄ cognosci. ergo rc. Minor pbatur. Quia in eodē lumine in quo pōt itellectus noster in suu3 obiectū adequatū. pōt in oē cōtentū sub illo: vel saltē sibi nō repugnat ad hoc fortificari: sz deus in quacūq3 rōne qua est cognoscibilis a nobis (etiā per qdcūq; lumē supnaturale) 3tinetur sub obiecto adequato itellect⁹ nostri. s. sub ente inq̄ntu3 ens: ergo rc. ¶ Sed ista rō nō cogit.

Z opi. 3. Arg^m p^m

¶ Q2 p q̄ncūq; fortificationē manens infra nā3 suā lumē itellectus nostri nūq̄ posset modu3 alteri⁹ rōnis. Bn̄ enim posset ex tali fortificatione z intēsione fortius z pspicacius in suum obiectū ppriū: sed deus (vt supernaturalr cognoscibilis) est oīno alterius rōnis q̄ sint res naturales ad q̄s determinat̄ intellectus per suū lumē naturale: ḡ rc. ¶ Itē3 potēs i obz adeq̄tū pōt cū effectu in oia 3tēta. vel natus est posse (maxime de per se cōtentis) sed deus est p se 3tentus sub ente p̄mo: ergo de facto poterit itellectus naturalr i dei cognitionē. Hoc est periculosu3. q2 contra decretalē. in. 7 li. de here. Ad nostrū. z 3tra articulu3. 210. quere infra. ¶ Ad argumentū: qn̄ peruenit̄ ad hoc. q̄ dicit̄. q̄ deus in quacūq3 rōne sit cognoscibilis z in quocūq3 lumine 3tinetur sub ente inq̄ntum ens. Dico. q̄ verū est q̄ 3tinetur quantū ad rei veritatē: sed nō sub isto modo quo posuit philosophus ens inquantū ens esse obiectū intellect⁹ nostri: loquēdo de itellectu nostro s̄m potentiā ordinatā qua pōt pprijs viribus exire in actum. Dico aūt s̄m potentiā ordinatā z ex pprijs

Arg^m 2^m

Clemē.

Ad arg^m 3^i opi.

viribus: q2 distinguet̄ de potentia ordinata z absoluta: infra in isto articulo. Probatio assumpti. Nā philosophus nūq̄ posuit ens inquantū ens eē obiectū itellect⁹ nostri isto mō nisi s̄m q̄ est cōe ad creaturas z ad ea que possunt 3uinci ex creaturis. Sed deus vt est cognoscibilis in lumine supnaturali. non pōt 3uinci ex creaturis: ergo nec est naturalr cognoscibilis nec 3tinetur sub ente inq̄ntu3 ens. qd est obiectum itellectus nostri. pbatur maior. per propositionē aduersario2 quā reputo verā. Q2 .s. philosophus nūq̄ posuit ens obiectū itellectus nostri adequatū nisi per modū tale3 quo itellect⁹ noster naturalr z de potentia ordinata ad actū posset in ipsum ens. z in oia contenta sua. Sed nūq̄ philosophus. nec Cōmē. posuerūt nos posse in cognitionē entis z 3tentoru3 suorū. z de potētia ordinata ad actū nisi s̄m q̄ sunt creata phātasmata vel relucentia in phātasmatib⁹: vt p3 ex p̄ma determinatiōe Cōmē. in p̄mo articulo rc. ¶ Et intellige q̄ ista responsio est bona loquēdo precise de intellectu vt copulat̄ nobiscu3 de quo est primus articulus. Si tn̄ loquamur de itellectu copulato aut sepato de quo est secundus articulus: sic Cōmen. 3cederet cōclusionē argumēti. q̄. s. in lumie naturali possemus cognoscere deū in se. Et ideo est dicendū: q̄ verū cōcludit s̄m philosophos. sz non s̄m theologos. Quia tn̄ theologi solū tenent cū Cōmen. in primo articulo nō in scdō. vt p3 p illud. 7. decre. Ad nostrū.

¶ Ideo directe pcedendo istā opionē voluit qdā3. Ciugtō ostēdere q̄ itellectus noster p lumē suū naturale. z b ex parte potētie. z q̄ q̄ntu3 ex pte potētie sui etiā p suū naturale lumē. sine quocūq3 alio lumie addito sibi. poterit in supnālē cognitionē de deo si deus velit se ostēdere. Qd ostendit sic. Si aliquid ipediret quare itellectus noster p lumē suu3 naturale nō posset in q̄ncunq3 cognitionē de deo habendā in quā (alij ponunt) q̄ pōt p lumē supnaturale. z si de⁹ se vellet ostēdere itellectui nostro: b maxie videt̄ paruitas potētie nostre itellectiue. z excessus obiecti qd est de⁹. Hec aūt non ipediunt. si obiectū se exhibeat presens potētie. Ergo si de⁹ se vellet ostēdere itellectui nostro. ipse intellect⁹ p suū lumen naturale poterit in q̄ncūq3 cognitionē de deo in quā posset p supnaturale. Probat̄ minor sic: q2 puitas potētie respectu obiecti excedētis nō ē nisi duplr. s. aut qn̄ excedit extēsiue: aut intensiue. Sed primū nō ipedit. q2 itellectus pōt naturaliter in excedēs extensiue: sz eni3 itellectus sit pticulare quid. tn̄ naturalr pōt in vniuersale. vniuersale aūt excedit pticulare extēsiue. Nec ēt 2^m: q2 inferior angelus pōt naturaliter in cognitionē supioris. z tn̄ supior excedit intēsiue inferiorē. ¶ Itē. Paruitas potētie z excessus obiecti nō ipediunt qn̄ potētia possit eē pportionabilis p suā naturā respectu actiōis obti. qn̄ obtū nihil pōt agere in talē potentiā nisi pportionatū potētie. sed de⁹ nihil pōt agere in intellectū nostrū nisi pportionatū itellectui nostro: ḡ rc. Probatio minoris. Q2 quātumcūq3 deus sit obiectū excedēs in infinitū: tn̄ extra se nihil pōt agere nisi finitū: q2 nō pōt agere actionē nisi s̄m subm (q2 hoc eēt oppositū in adiecto) subiectū aūt est finitū: igit̄. ¶ Itē. Excessus obti sup potentia3 nō reddit potētiā iproportionabilē sibi nisi qn̄ excessus est lesiuus potētie: vt p3 p Phm. 2° de anima. t. cō. 123. Sz intellect⁹ noster nō ledit̄ ab excellēti itelligibili. sz 3fortatur magis (vt dī 3° de anima) t. c. 7. ḡ rc. ¶ Et 3firmat̄ ista rō: Q2 Cōmen. 3° de aīa. cō. 36. reddit huius cām dicēs. Si posuerimus q̄ intellectus noster sit imixtus z imaterialis. tūc illud qd est magis itelligibile magis ab eo 3prehendit̄. Sz certū est q̄ itellectus s̄m suā nā3 est imixtus z imaterialis: ergo p nām suā est pportionalis vt possit in excedēs obm nō obstāte puitate sua. ¶ Sed oia ista argumēta isto2. cū hoc q̄ sint multū appentia p̄t vnico verbo solui sequēdo dicta in p̄ arti. z sequēdo theologiā. nā dō3 est q̄ precisa cū

Opio 4°

Arg^m p^m

Arg^m 2^m

Arg^m 3^m

Ad argumēta q̄rte opionis.

quare in lumine naturali nō possumus in cognitionē istas
de deo in quā possumus in lumie supnaturali:nō est paruitas
potētie respectu obiecti excedētis sic absolute dicti.sed
guitas potētie respectu obti excedētis & oino equoci(vt supra
dixit Cōmen.2° de anima.cō.36.rñdēdo ad Alexādrū
& Auēpa.)qd dr equiuocū.qr nō est natū cadere sub imaginatione.sicut
obm pprium itellectus nostri.Et ideo q velLet
tenere q deus vt supnaturalr cognoscibilis posset in lumine
naturali itelligi a nobis,oporteret eū pmo declarare
q itellectus noster in suo lumine naturali posset habere ad
deū(vt supernaturalr)aliquā pportionē.fm quā deus(vt
supnaturalr cognoscibilis.)eēt obm sibi pforme & pueniēs
& non equiuocum neqz extraneum.

Respōsio formalis.

Et ideo Respondeo sic pcedēdo.¶ Pmo pmitto.q
opz oēz theologū pcedere:q de facto reqrit i
cogne supnāli aliqd lumē:& h pp decretalē in 7° li.de here.

Clemen.

Ad nr3.& ponit in fine istius qō.¶ Secūdo gfa exercitij dico.q
itellectū nostrū in lumie naturali posse in cognitionē
de deo in quā posset in quocūqz lumine supnaturali duplr
pōt intelligi.Uno mō q hoc possit de potētia ordinata ad
actū:sic itelligendo.q p nām suaz habeat oino in potestate
sua q possit cū effectu acquirere sibi illā supnaturalē cognitionē
de deo.sicut pōt de creaturis sibi acquirere cognitionē
nālem.& isto modo nō intelligo.vt pz ex positiōe Cōm.
in pmo articulo.Alio mō pōt itelligi q hoc possit de potētia
absoluta:sic intelligēdo.q lz p nām suaz nō habeat oino
in potestate sua.q possit cuz effectu sibi acqrere illā cognitionē
de deo que vocat supnaturalis.tn absolute loquēdo
per nām suā talis conditionis est.q in illā cognitionē supnālē
eleuari(etiā sine oi habitu supnaturali)posset.si deus
vellet.¶ Et hoc est qd pmo volo pbare p arti.li.7°.Qui
dicit.q itellectus noster p sua nālia pōt attingere ad cognoscendū
essentiā pme cause h male sonat.& est error.si intelligatur
de cognitōe imediata.Sed positio quā pono.s.q de
potētia absoluta posset itellect° noster ad eēntie diuine cognitionē:hoc
nō pono de facto.nec q hoc possit cognitōe imediata
nō plus qz illa que ponit q hoc pōt mediāte lumine
supnaturali:igit mea est eque rōnabilis sic illa.Probat
minor:qr si aut ponētes lumē:ponūt q nō pōt itellectus noster
in cognitionē diuine eēntie nisi mediāte lumine.ita pono
q itellectus noster hoc nō pōt imediate.& ex pprijs viribus.sed
volūtate diuina mediāte p modū applicātis & eleuantis.¶
Secūdo sic pbatur p Phos.Si deus(vt supernaturalr

Argum pm

est cognoscibilis)esset obm cōforme itellectui nostro
& pueniens & nō equocū aut extraneū.itellectus noster
in lumine naturali posset in cognitionē illā que vocat supnaturalis
sine oi habitu supnaturali:hoc pz ex Cōmen.& ex
premissis.Sed accedēdo ad aliquā aliā potentiā absolutā
itellectus nostri(si deus se vellet osidere aut extraneū)itellectus
noster de potētia naturali absoluta sua(si deus vellet)pōt i illā
cognitionē de deo que vocat supnaturalis:ergo &c.Probatio
minoris.Quia deus vocat obm equiuocū
respectu itellectus nostri:qr nō cadit sub imaginatiōe:& p
psequens nō cadit sub illustratione itellectus agētis.Sz lz
intellect° pōt(fm ordinē qui nunc est)nō pōt hēre obiecta
nisi que cadut sub imaginatione & sub lumine itellectus
agētis.tn de potētia sua absoluta nō indigeret itellectu agēte.nec
per psequens phantasmate pp obm suū si res eēnt
abstracte:qr Cōm.expresse 3° de aia cō.18.dicit.q si vniuersalia
haberēt esse extra aiam(sicut itēdit Plato)nō indigeret
Aristo.ponere intellectū agentē pp cognitionē eorū.&
hoc appet si res abstracte naturalr sibi fierent psentes.Ergo
deus nō erit obiectū equocū respectu itellectus possibilis.accedēdo
ad aliquā aliā potentiā absolutā itellectus nostri.fm
quā posset in actū supernaturalē.si deus se pñtialr
vellet ostēdere & potentiam intellectiuā suo velle eleuare.
¶ Confirmatur.Qr Cōmen.2° meta.cō.pmo dicit.q lz intelligere
primū pncipiū & alia abstracta a materia sit difficile.nō
tn est ipossibile nobis:qr si ita esset ociose egisset natura.Arguo
igit sic.Illd nō seqret Phi.s.q nā egisset ociose
si hoc nobis eēt ipossibile.nisi natura itellectus hēret aliquā
pportionē ad ista:sed natura itellectus nostri non pōt
habere pportionē ad ista fm modū intelligēdi quez modo
habet cū phantasmate:ergo fz Phos hz pportionē ad
ista accedēdo ad aliquā potentiā itellectus nostri fm quaz
posset in actū supnaturalē si deus se vellet osidere:sz illā pfectionē
quā Phi posuerūt fz potentiā naturalē nobis posse
cōuenire.turpe est theologo nobis negare.si eaz deus nobis
vellet dare:igit &c.¶ Item.Anima itellectiua nō solū

Argum 2m

p eēntiā suā piungitur corpori fm q est forma.sed p essentiā
suaz ipsa est quedā itelligentia imaterialis.Sicut ergo
ex hoc pditione q.s.est forma corpis sensibilis siue animalis.ex
hoc necessario actio itelligendi hz ex phantasmatib°
& sensibus.eadē ratiōe(vt.s.est hec itelligentia immaterialis)poterit
per nām suaz habere pportionē ad quecūqz imaterialia:&
hoc saltē de aliqua potētia absoluta q aliquo
modo sit eleuabilis ad ea si deus vellet.Sed hoc nō eēt verū
si imaterialia oino eēnt respectu eius obiecta equoca & iproportionata:ergo
&c.¶ Cōfirmat illd rōne sic.Operatio
sequitur eē:sicut igit ex hoc q est quedā itelligentia imaterialis
hz oino sepatū eē sup oia sensibilia(sicut ppetuū sup
corruptibilia)ita ex hoc q est itelligentia imaterialia poterit
saltē de aliqua potētia sua absoluta(si deus vellet)hēre
actionē circa oia imaterialia & sepata.ita q illa actio nullo
modo depēdeat a sensibus & phantasmatibus.¶ Itē confirmat

Argum 3m

auctoritate.Nā Cōmen.(3° de aia.cō.36.vbi Themistius
arguit sic,itellectus nr natus est abstrahere res a
materia & itelligere eas.ergo a maiori.innatū est itelligere
que pmo denudata sunt a materia)istā psequentiā pfirmat
& nō respōdet ad eaz sicut respōdet rōnibus aliorū(vt supra
pz pmo articulo)sic dicens.q lz hoc nō sit verū in potentia
mixta.q que pōt in minus pōt in maius.si tn posuerimus
q itellectus nō est mixtus materie tunc certe sermo
est verus.Ecce expresse q Cōmen.cōcedit ibi:q intellect°
vno modo.s.vt piungitur nobiscū mediantib° phantasmatibus
nō pōt per se in oino abstracta a materia.sed fm hoc
q est potentia imaterialis est innatū itelligere ea que sunt
pmo per seipsa denudata a materia:qd saltē est verū de aliqua
potentia eius absoluta:& hoc dico tn:si deus vellet osidere.¶

Arg. 4m

Itē certū est q Alexāder & Auēpace fuerūt istius
opi.qr(vt patet in fine pmi articuli)ipsi posuerūt q postqz
intellect° haberet cognitionē pfectam de rebus materialibus
q vltra posset se transferre ad cognoscendū deū vt est
itelligibilis in seipso.¶ Et itellige sane.q in oibus his argumentis
(que nitunt dictis Phi & Cōmen.)q ipsi volebāt.
q in aliquo statu illa potētia naturalis intellect° nostri ex
pprijs viribus nālibus poterat exire in actū ad videndū
deū(vt pz supra articulo 2°)& fm illū itellectū nō debēt itelligi
deductiones argumentoz quas sumo ab eis.sz semp
in qualibet deductione subitelligi dz modus iste deducēdi.
Pho.& Cōmen.posuerunt.q deus nō est in oi statu obm
equiuocū & extraneū.sed q itellectus noster de potētia sua
mere naturali poterat qn̄qz in cognitionē dei clarā.Sz pfectio
cognitionis quā philosophi posuerūt in nobis de potētia
nāli ordinata ad actū nō est incōueniēs theologis ponere
q hoc possit intellectus noster de potentia naturali absoluta.si
deus vellet.

Cclo formalis.

Sequitur ergo pclusio argumētorū.q de potētia naturali
absoluta si de° vellet possem° de ipso
habere cognitionē supnaturalē.Qd 2° dico itellectuz hoc
posse

posse de potētia naturali absoluta:hoc dico ad denotandū. q nō necessario requiritur aliqs habitus supadditus potē/tie naturali:sed p hoc nō excludo an illa potētia nālis abso luta sit potētia obedientialis. ¶ Qd pz:qz lz phi ponerent talē potentiā qnāqz ordinatā ad clarā dei visionē:tn̄ illā vi/sionē vocabant felicitatē naturalē. ꝛ ideo potētia illa poterat esse mere naturalis fm eos.sed cognitio seu visio quā dici/mus nos theologi esse ppriam theologo.vocam⁹ cognitio/nē supernaturalē:ergo potētia illa absoluta sibi corrūdens in rei veritate est potētia obedientialis. ¶ Tertio probatur

Arg^m p^m

pncipalis cōclusio p theologiā.sic.Augu.14.de tri.c.7.dicit: q aīa nostra eo imago dei est.quo ei⁹ capax ꝛ pticeps esse pōt.Si igit̄ p nām suā(vt ibi diffuse pbat)aīa est dei ima/go.g̃ per nām suā.sine oī lumie supinfuso.pōt eē dei capax ꝛ pticeps:qd saltē est verū attēdēdo ad aliquā potentiā ab/solutā ꝛ obedientialē itellect⁹ nr̄i.ꝛ h si de⁹ vellet se ostdere. ¶ Confirmat̄.Qz ibidē nō vult Aug.cōuincere.q anima p nām suā est imago.qz p nām suā pōt esse dei capax ꝛ pti/ceps.s.cognoscere deū vt ipse relucet in phātasmatib⁹crea/turarū solū:qz per istū modū magis cēt ad oppositū.oīa.n. que sunt in creaturis adduceret a trinitate in vnitate.vt pz p Cōm.12.meta.c.39.g̃ vult cōuicere.q aīa p nāz suā est dei imago ꝛ pticeps sz q p nāz sine oī lumie addito ipz capere pōt ꝛ intelligere vt in ipso:saltē fm po^m obedientialē:g̃ ꝛc.

Arg^m 2^m

¶ Itē ad pncipale.Si pp cognouationē obiecti ex pte itel/lectus regritur tale lumē eleuās potentiā sequit̄.q qn̄ īfun/ditur itellectui.Aut infundit̄ sicut gradus pfect⁹ intrās eēn/tiam eius(sicut dicūt multi. qn̄ calor pfectior addit̄ minori calori pcedenti)aut q sit aliqua pfectio accidentalis super/addita.Si pmo mō:hētur propositū:qz qn̄ gradus addit⁹ intrat eēntiaz forme cui addit̄.tunc ista forma cui fit addi/tio per nām suaz habuit proportionē nālem ad actū talez. lz p talē gradū additū possit intensius ꝛ pspicacius sicut pz in exēplo de calore g lz gradus additus solū det sibi posse itēsi⁹ calefacere.ex sua tn̄ natura hz posse calefacere.Si 2⁹ modo ēt habet̄ ppositū:qz cū illud lumē accidētale(qd po/nit̄ īfundi)sit finitū nulla est repugnātia.q̃re vnus gradus luminis cōsimilis ꝛ tāte vtutis.sicut ponit̄ illud lumē accidē tale fuisse a pncipio creatū intrinsece ipsi itellectui.Quo po/sito.certū est.q per nām suā hēret pportionē naturalē.vel saltē obedientialē.ad cognoscendū deū supernaturalr̄. qn̄ deus se vellet ostdere.sicut ꝛ per lumē supernaturale. ¶ Cō/

Ad rōnē Auerro.

cordāt Henricus ꝛ Scotus lib.3° di.14.articu.1. ¶ Ad ra/tiones cōtrarias.Ad primū de Cōmē.qn̄ dicit q totū lumen naturale itellectus agētis est adeptū ab intellectu possibili in cognitione naturali.ꝛ eodē mō totū lumē cognitū itelle/ctus polis est terminatū.ita q nō pōt in vlteriorē cognitio/nē.Dico q Cōmen.loquit̄ ibi de illa cognitione que rndet potentie que est ordinata ad actū.ꝛ qua pōt ex ppriis viri/bus exire in actū.nō de potētia ei⁹ absoluta:vt pz qui vult articulū intueri. ¶ Ad primū argumentū Sācti doctoris

Ad argu/mēta.S. Tho. Ad p^m

qn̄ dicit q itellectus noster iproportionatus est respectu co/gnitiōis supnaturalis.Dico q loquēdo de potētia itellect⁹ ordinata ad actū ꝛ qua pōt ex virib⁹ ppriis exire in actuz. verū est:sed loquēdo de potētia eius absoluta.nō est verū. imo si de⁹ se vellet ostdere.oīno itellectus noster est ppor/

Ad 2^m

tionatus. ¶ Ad 2^m dico.q intellect⁹ noster mutatur in co/gnitione supnaturali.qz de potētia aliqua eius absoluta no/uiter exit in actū.qn̄ deus se sibi ostēdit.ꝛ pmo nō exiuit:ꝛ hoc est mutari p nouū actū.nō p habitū nouum. ¶ Ad 3^m

Ad 3^m

qn̄ dicit si aliqua potentia eleuet̄ hoc est p virtutis intēsio/nē.aut p noue vtutis acceptionē.Dico.q tertiū est dandū vz.q aliqua potētia pōt nūc nouiter exire in actū que pmo nō exiuit.s.p nouū modū exercēdi suā potestatē.s.agēdo no/uiter de potētia absoluta cū pmo nō egit nisi de potētia or/dinata. ¶ Ad primū alteri⁹ doctoris qn̄ dī in cognitiōe na/turali lumē naturale fortificat̄: respectu obiecti naturalis. Dico q lumē nostrū itellectuale quodāmodo est maioris vigoris quo possumus in cognitionē supnaturalē q̄ illud quo possumus in cognitionē naturalē:qz lumē itellectuale nostrū inclusuz in potētia absoluta est maioris vigoris:q̄ lumē corrūdens potētie ordinate. ¶ Ad 2^m qn̄ dicit̄ quāto actus est pfectior.ꝛc.tāto.ꝛc.Cōcedat̄.Et qn̄ dicit̄.Ille act⁹ supnaturalis est supra totū lumē naturale:verū est.q est su/pra totum lumen naturale inclusum in potentia ordinata. non tamen absoluta.

Ad argu/mēta Au/reoli.

Ad 2^m

Sed contra pmissa videt̄ eē vnus articulus in.7.li. de here.Ad nostrū.Cap.3.vbi dicit̄:q quilibet itellectualis natura seipsa naturalr̄ est beata qz aīa nō indiget lumine glorie ipam eleuāte ad deū videndū et beate eo fruendū:error est. ¶ Dicūt aliq.3.qlibeto Aureo/li:q nō obstāte illa decretali.teneri pōt q aliqd lumē non regritur de facto.Vn̄ distinguit. Supnaturale pōt accipi duplr̄.Uno mō pro ipso obiecto beatitudinis. Alio mō.p ipso actu beatifico.Obiectū beatitudinis est lumē increa/tū.Actus aūt beatificus est lumē qddaz siue claritas creata in ipsa anima.Qn̄ ergo dicit articulus q ad bene fruendū idigemus lumine glorie eleuāte.Verū est lumie glorie in/create qd est obm̄.ꝛ luce creata qua est actus beatificus:nō tn̄ ēt de facto indigemus aliquo q sit habit⁹ qdā in aīa pce/dēs actū.Et isto⁹ dicūt q pnt solui oēs auctoritates q̄ dicūt lumen regri de facto. ¶ Sz istud nolo dicere qz reputo pe/riculosuz. Nō eniz est verisimile q totū cōciliū generale fa/ceret articulū ad cogendū nos dicere illd qd nūq̄ aliqs ne/gauit:sed nūq̄ fuit ita rudis q vnq̄ negauit beatū beatifica/ri siue illuminari p obiectū beatitudinis ꝛ actū beatificū:g̃ eccl'ia nō itēdebat cogere ad hoc q cōcedim⁹ tale lumē sup/naturale.sed qddaz aliud. ¶ Propter qd dico.q etiā ad h intēdebat nos cogere q poneremus aliqd lumē supnaturalē habituale de facto.nō tn̄ cogit.qn itellectus de potētia abso/luta posset in obiectū supnaturale.si deus se vellet ostdere. sicut supradixi.Et hoc pz:qz articulus tn̄ loqtur.de facto. Dicit eniz q error est.q aīa p nām sit beata. Nota ly.sit.et q nō indigemus:ꝛ nota.indigem⁹.Et sic loquitur de facto. Nō tn̄ dicit.q impoīe cēt alr̄ eē.si deus vellet. Nota ly.nō regritur lumē.modo quo dictū est.cū ponit̄ ibi aliqd crea/tum scilicet motio quedam.De hoc di.17.articu.5.ꝛ.6.ꝛ li. 3.di.13.articulo.4. ¶ Questio.II.

Instantia

Rāsio

Alia rāō

¶ Prio mõ dico q ens vt est penitꝰ ꝑscindens ꝛ abstractũ. est obm primũ intellectus adequatũ. ¶ Secũdo modo: primũ obm adequatũ est ens cõcernens entia realia per se. s. subam ꝛ. 9. genera. ¶ Tertio mõ: nõ correñdet aliqd obm adequatũ primũ. qꝛ entia per accidẽs nõ habẽt ordinẽ nec primũ infra suos limites: sed oẽ p accidẽs reducit ad aliqd p se. ¶ Quarto mõ: ꝑmũ obiectũ adequatũ itellectus est ens aggregãs oia itelligibilia siue sint itelligibilia p se ꝛ ꝑmo. siue p se nõ ꝑmo: siue p accñs: siue quocũqꝫ mõ imaginabili.

¶ Ista distinctio pꝫ. Color enim (vt ꝑcise est color) est p se ꝛ primũ obiectũ adequatũ visus. Ut cõcernẽs albũ ꝛ nigrũ est per se nõ ꝑmũ. Dyametri quoqꝫ figura ꝛ hõ. siue corpus coloratũ in generali est obm p accidens. Color aũt vt cõmune ad oia colorata. siue per se siue p accidens. est obiectum aggregans. ¶ Sili modo ens cõsideratũ in meta. cõmune ad subam ꝛ. 9. accidẽtia. est ꝑmuꝫ obiectũ intellectus. ꝛ ens sic acceptũ est ens de quo loquitur phi. Et iõ ꝑprie ꝛ physice tale ens est obiectũ itellectꝰ. Secũdo modo: ens fm qd nois siue ens rõnis est primũ obiectum. Tertio modo. ens cõe ad vtrũqꝫ. ꝛ istis duobꝰ modis famose loquimur de obiecto.

Ad argumẽta quĩte opionis. Ad ꝑmũ

¶ Tunc ad argumentũ qñ di illud est ꝑmũ a quo nõ ↄuertitur ↄsequẽtia: sed sequit ens. ergo ens vel nõ ens: ꝛ nõ ↄuertitur. Dicendũ q nõ sequitur p formalẽ ↄñtiam tãq̃ꝫ ab inferiori ad formale supius. modo quo ens qd est obiectũ p se est cõmune. sed sequtur sicut qdam vaguꝫ consequẽs ad vtrãqꝫ ptem ↄtradictionis (vt ꝑbatum est supra) ꝛ qd est tale. vel solũ est itelligibile per accidens: qd pꝫ. Qꝛ siuꝫ ↄuertibile. Ens fm quid nominis tñ est intelligibile p accidens (vt habet supra) ꝛ ita nõ ꝑbatur q ens vel nõ ens sit ꝑmũ obiectũ p se de quo disputamus. Qꝛ autem ens vt ꝑscindens ꝛ abstrahens possit esse primũ obiectũ. hoc depẽdet ab hoc q sit dare ens qd dicat

conceptũ

cõceptũ abstractũ nullo mõ concernentẽ sua cõtenta: ⁊ hoc
ꝓbatur dis.25.ar.4. Qꝛ etiã ens vt cõcernens substã.⁊ ac-
cidentia sit per se obm: pꝫ. qꝛ aliter meta. nõ esset sciẽtia. Qꝛ
etiã ens aggregans entia p se ⁊ p accidẽs. siue ꝙ ens qd est
cõmune ad qd rei ⁊ ad quid nõis aliquo mõ possit concedi
primũ obiectũ adequatũ itellectus. probo. Qꝛ obm primũ
adequatũ nõ solũ põt accipi pro adequato ꝯtinẽti per se et
essentialr̃ itelligibilia. sed pro adequato ꝯtinẽte totã multi-
tudinẽ itelligibiliũ suis modis: puta. essentialr̃ itelligibilia
continet essentialiter. ⁊ que accidentalr̃ accidẽtaliter. ⁊ que
per reductionem per reductionem: sed ens cõe ad quid rei
⁊ ad quid nominis cõtinet totã multitudinẽ intelligibiliũ
istis diuersis modis. igit̃ ⁊c̃. Et hoc pꝫ manifeste: qꝛ lꝫ me-
taph. p̃mo ⁊ principalr̃ sit de ente reali. ⁊ Phs 6° meta. tex.
cõ. vlti. bñ p̃scindit ista sua ꝯsideratione. tñ de negationibꝰ
⁊ fictitijs est eius ꝯsideratio aliquali. vꝫ vt hñt cõbinatio-
nẽ vel cõparationẽ ad entia realia: ⁊ eadẽ rõne põt hoc cõ-
cedi de entibus p accñs: sed hoc nõ eẽt nisi ens qd est subꝫ i
meta. ⁊ habitꝰ metaꝰ extẽderet se q̃q̃ mõ ad fictitia. negatio-
nes. ⁊ entia p accidẽs: igit̃. ¶ Itẽ. Hoc pꝫ verũ. Qꝛ cũ phi.
6° meta. excludit entia p accidẽs. ⁊ entia in aia a sua cõside-
ratione. in. 9. meta. versus finẽ itroducit entia in aia: ⁊ nega-
tiones. sicut nõ ens ⁊ falsũ: in cõsideratione sua. Sꝫ hoc est
in quadã cõbinatione ⁊ reduplicatione ad sua positiua: vñ
dicit sic. Qm̃ aut ens dicit̃ ⁊ nõ ens hoc qdem s̃m figuras
cathegoriarũ ⁊ infra: hoc aũt ꝓprie aut verũ. aut falsũ. ⁊ i-
fra: quare qd verũ dĩ aut falsũ. hoc p̃scrutãdũ. Et hñ infra
versus finẽ: esse vero vt verũ ⁊ nõ esse falsum. vniũquodqꝫ
est ⁊c̃. Nota expresse ꝙ negationes hic introducunt̃ in ꝯsi-
deratione meta. qd nõ eẽt nisi ⁊c̃. igit̃ ꝙ ens vtroqꝫ mõ est
obiectũ primũ adequatũ. ¶ Dico vlterius. ꝙ si loquamur
de obiecto cõcernẽte sua cõtẽta ꝙ primũ obiectũ adequa-
tũ cõcernens põt pensari ex duplici pte. Uno modo ex pte
obiecti. Alio mõ ex pte itellectus. Ex pte obiecti: ens (qd est
cõmune ad decẽ p̃dicamenta) est primũ obiectũ adequatũ.
qd est tale per se ⁊ ad qd oia alia habẽt reduci. Sed ad ens
cõmune ad decẽ p̃dicamẽta. oia itelligibilia quocũqꝫ mõ
habẽt reduci. ergo ⁊c̃. Ex pte aũt intellectus: ens qd est cõe
ad quid rei ⁊ ad quid nõis qd aggregat totã multitudinem
oĩum intelligibiliũ est primũ obiectũ adequatũ. Qd pꝫ: qꝛ
intellectus natus est incipere a ꝯfusissimo ⁊ a tali confusis-
simo qd se hꝫ in rõne totius (vt pꝫ p̃ phy. t. cõ. 4.) sꝫ ens est
hꝫ. qꝛ ipm itegrat i se itelligibilia p se ⁊ p accidẽs. Qualiter
aũt aliud ⁊ aliud dꝫ cẽ obiectũ accedẽdo ad naturã obiecti
⁊ ad naturã potẽtie patebit in 2° ar. ¶ Pro solutione alio-

Ad alia argumẽta.

rũ argumentorũ est p̃mo notandũ. ꝙ cũ intellectus habeat
duplicẽ actũ ⁊ simplicẽ et cõplexũ. opꝫ ꝙ hẽat duplex ob-
iectũ corñdens. Dico ergo ꝙ ens est primũ obiectũ itelle-
ctus simplicis itelligẽtie loquẽdo de obiecto itellectꝰ vt lo-
quit̃ Phs ⁊ Cõm. s. itelligẽdo de ente transcẽdente ad phã-
tasmata materialia ⁊ ad ea que possunt cõiungi ex phanta-
smatibus (vt ꝓbatur. q. p̃ma. ar. 3° in rñsione ad argumen-
tũ Ualsinghã) sꝫ ens vel nõ ens ẽ p̃m obtũ vel ps obti p̃ itel-
ligẽtie cõplexe. Et palã ẽ o p̃ qꝛ sic actꝰ simplicis itelligẽtie
p̃cedit actũ ꝯplexe itelligẽtie. ita opꝫ ꝙ in ꝯplexũ ⁊ simplr̃
p̃cedat obiectũ ꝯplexũ ⁊ ita ens erit simplr̃ primũ obiectũ
itellectus. Scdm ꝓbat̃ sic. Simplex itelligẽtia icipit a cõ-
fusissimo incomplexo, ita opꝫ ꝙ intelligentia cõplexa ici-
piat a ꝯfusissimo cõplexo: sed ꝯfusissimũ cõplexũ ẽ ꝓposi-
tio cuius termini sunt ens vel nõ ens: puta sortes ẽ vel nõ ẽ.
igit̃ ⁊c̃. Probo minorẽ. Qꝛ ista cõplexio est de terminis cõ-
fusissimis q sunt esse ⁊ nõ esse: ⁊ est mõ ꝯfusissimo. qꝛ disiũ-
ctio: disiunctiua aũt locutio est ꝯfusissima. qꝛ neutrã partem
determinat: igit̃ ⁊c̃. ¶ Ad 2m igitur argumentũ qñ dicit̃ ꝙ

Ad 2m

primũ principiũ nõ excedit primũ obiectũ ⁊c̃. Uerũ est: ⁊
cum dicit̃ ꝙ primũ principiũ est de quolibet cẽ ⁊c̃. Dico ꝙ
illud qd est principiũ demonstratiõis est ꝓpositio ꝯplexa.
⁊ ideo ibi cõcedo ꝙ ens vel non ens (que sunt termini p̃mi
p̃ncipij) est ps primi obiecti cõplexi itellectus (vt videbit̃ i
fine. q.) ens tñ est obiectũ p̃mũ itellectus incõplexi. ¶ Ad
tertiũ. cõcedo eodẽ modo etiã ꝙ disiũctiua que cõponit̃ ex
ente vel nõ ente est affirmatiua ⁊ ps primi obti itellectꝰ cõ-
plexi. ¶ Ad 4m qñ dĩ ꝙ ens vel nõ ens est vlitissimum: di-
co ꝙ ens vel nõ ens est vlitissimum respectu itellectus ꝯple-
xi: ens tñ est vlitissimum respectu intellectus incomplexi.

Ad 3m *Ad 4m*

Dubitatio

est. Utrũ ens qd est obm intellectus nři est cõmune ad totũ. s. ad deũ supnatura-
liter notũ ⁊ intelligẽtias. aut ad sola entia sensibilia ⁊ cogno-
scibilia p sensibilia. Et dicit̃ cõmuniter ꝙ est solum cõe ad
sensibilia ⁊ cognoscibilia ex sensibꝰ ⁊ ratio est. qꝛ ens videt̃
esse obiectũ itellectus nostri sub illa cõitate. sub qua põt at-
tingi a nobis ⁊ a Phis. sed hoc solũ est vt cõmune ad sensi-
bilia ⁊ cognoscibilia ex sensibus. Cõmẽ. eñi (vt pꝫ 3° de aia
cõ. 36.) nũq̃ posuit nos habẽ altiorẽ cognitionẽ nisi ex sen-
sibus: vt itellectus agẽs adeptus est totũ sibi posse p phan-
tasmata sensibiliũ: vt ꝓbatur. q. 1. ar. p̃mo in p̃ma determi-
natione Cõmen. Sed videt̃ mihi distinguendũ: qꝛ aut lo-
quimur de cõitate entis in cuius notitiã possumus: ⁊ sic ve-
rũ est ꝙ ens vt cõe ad sensibilia ⁊ cognoscibilia ex sensibꝰ
est obiectũ nobis adequatũ. Aut loqmur de cõitate entis il-
limitata ad supnaturalia ⁊ naturalia l qua nõ possumus: ⁊
sic dico. ꝙ ens vt cõmune ad ens naturale ⁊ supnaturale est
obiectũ intellectus nostri. Uñ ista stãt simul ꝙ nos nõ pos-
sumus in alicuius cognitionem ⁊ tñ ꝙ ꝯtinetur sub obiecto
nostro adequato. Uerbi gr̃a. Illud in qd põt aquila ꝯtinet̃
sub obiecto adequato visus nři ⁊ tñ nõ possumus in eiꝰ co-
gnitionẽ. Et pꝫ rõne: qꝛ potẽtia vniꝰ rõnis s̃m spẽm habet
obiectũ vnius rõnis (sicut oculus beati post resurrectionem
videbit colorẽ sicut mõ) sed itellectus noster in quocũqꝫ sta-
tu (siue cognoscẽs naturalr̃ siue supernaturalr̃) est potẽtia
vnius rõnis: igitur hꝫ obiectũ vnius rõnis qd est cõe vtro-
biqꝫ. Et certũ est ꝙ in tale obiectũ qd est cõmune ad natu-
ralia ⁊ ad supernãlia nõ possumꝰ. Igit̃ stãt simul qd est ob-
iectũ ⁊c̃. (de hoc satis. q. p̃a arti. 2.) Dico igit̃ ad maiorẽ: ꝙ
est falsa. Qꝛ lꝫ itellectus sit potẽtia eiusdẽ rõnis quantũ est
ex pte sui. qꝛ semp est eadẽ potẽtia s̃m spẽm. tñ aliud obm
habꝫ in vno lumine. s. naturali ⁊ aliud in alio lumine. s. sup-
naturali: ⁊ qꝛ illa lumina sunt penitꝰ alteriꝰ rõnis iõ vtrũqꝫ
hꝫ suũ ꝓprium obm adequatũ ⁊ nõ aliquod cõe obm ade-
quatũ nõ plus q̃ꝫ visus ⁊ auditus. Istud eniꝫ nõ mouet. Qꝛ
si teneat̃ cõmunis opĩo que ponit ꝙ lumẽ reqrit̃ pp eleua-
tionẽ potẽtie ⁊ nõ pp obm. tunc planũ est ꝙ illa lumina di-
uersa nõ arguunt aliud ⁊ aliud obꝫ adequatũ. sꝫ hñ arguũt
diuersaꝫ idoneitatẽ potẽtie respectu diuersorũ graduum in
eodẽ obiecto: sicut oculus meus p nouũ lumẽ eleuaret̃ ad
videndũ illud qd videt̃ ab aqla vel ad vidẽdũ corpus glo-
rificatũ qd ꝓpriũ est beatis nõ arguit diuersũ obm ade-
quatũ qꝛ oia vident̃ sub ratione coloris. sicut ponũt Phs ⁊
Cõmẽ. 2° de aia. cõ. 66. ꝙ corpa celestia ⁊ alia non colorata
vident̃ sub rõne coloris. quere in p̃logo. q. 2. ar. 2. sed hñ ar-
guit eleuationẽ potẽtie diuersaꝫ. Si aũt detur alia opĩo quã
posui. q. 2. ar. 2. ⁊. 4. s. ꝙ lumẽ naturale ⁊ supnãle vtrũqꝫ re-
quiritur pp obm adhuc nõ hñt ꝙ opꝫ habere aliud ⁊ aliud
obm adequatũ. Qꝛ (vt ibi multiplr̃ est ꝓbatum) illa lumĩa
nõ sic reqrũtur ibi ꝓpter obm. ꝙ vtrũqꝫ lumẽ iprimat ob-
iecto qd illuminat ꝓpriam rõnem obiectiuã sed inuenit eã
in obiecto. Illa aũt que inueniunt̃ ex pte rei hñt aliqd cõe
ex pte rei saltẽ in cẽ obiectiuo (sicut pꝫ de spẽbus colorum
que ꝯueniunt in colore) igit̃ ibi inuenit̃ obm adequatũ cõe
ex pte rei. ita illa lumĩa nihil faciũt ad hoc nisi forte ꝙ ipis

Du[m] p[m]

Ens cõe.

presentibus obiecta mouēt ad actus suos.

Scda dubō ē. Utrū singulare sit directū obȝ. Si n. ens iquātū ens est obm. quicqd ɔtinetur sub eo erit obm directū (vt pȝ de albedine que ɔtinetur sub colore) et ita singulare erit p se ꝛ directū obm. ¶ Posset dici ꝙ ens qd est obm itellect⁹ nostri ē ens illimitatū ab itellectu agēte cuiusmodi est singulare. ¶ Uel meli⁹ posset dici (q vellet tenere ꝙ singulare nō itelligit directe) ꝙ nō sequit: ens est obm directū itellect⁹ nostri. ergo itellect⁹ pōt oīa directe itelligere que ɔtinent sub ente. ꝛ ita singulare: sȝ bñ sequit. ꝙ oīa que ɔtinent sub ente pōt itelligere suis modis ꝓprijs qb⁹ itelligibilia sūt i ente. s. p reductionē q̄ nata sūt itelligi p reductionē vt negatōes ꝛ h⁹ (vt dictū ē pap. sup ad argm̄ 5e opi. circa finē) ꝛ eadē rōne qua indirecte itelligibilia sunt in ente itelligunt: sȝ indirecte cuiusmodi sunt singularia.

Secundus articulus. De pmo obto primitate gñationis. Ubi dicūt qdaȝ dicētes ꝙ singulare est primū obm primitate gñationis ꝛ hoc probant sic. ¶ In oī cognitiōe siue demrātiua siue ituitiua siue discursiua pncipia sunt prius nota itellectui ꝛ directe q̄ ɔclusiones. Sed in vtraqȝ pn⁹ scia pma sunt singularia. g ꝛc. Minor pȝ: qꝛ vtraqȝ est vl'ium: sȝ vlia pducunt p inductionez singularium: ergo vlia que sunt ɔclusiōes pbate per singularia ꝛ de qbus est vtraqȝ scientia sunt posterius in gñatione vtriusqȝ sciētie. ¶ Confirmat rō. Qꝛ pbare vle p singulare p ɔparationē rectā vnius ad aliud. est discursus itellectiu⁹ sensitiuus: qꝛ sensus nō compararet vtrūqȝ recte ad aliō nisi cogsceret. ꝛ vtriusqȝ rectā hitudinē cogsceret qd ē ipole: cuȝ g talis recta ɔpatio sit i iductione. g itell's recta linea cogscit singularia. ¶ 2⁹ dicūt. Intelligēdū est (ppter pcessuȝ Phi 1. phy. dicētis ꝙ ɔfusa sunt prius nota) ꝙ sicut in cognitiōe vl'i est vna linea qua descendit linealr (puta ab ente vl'i cōfuso ad subcontēta sua vsqȝ ad spēȝ spālissimā) ita in singularibus primū cognitū est aliqd singulare cōfusum. puta cū intelligit homo primū qd itelligitur est hoc ens. nō hic hō vel hoc aīal: ꝛ sic ꝙ ɔfusa sunt pus nota itellectui. verū est. qꝛ ɔfusum singulare est pus notū. ¶ Tertio dicūt ꝙ intelligendū est (pp hoc qd dicit ꝙ de singularib⁹ nō est sciētia) ꝙ lȝ cognitio singularis nō sit sciētifica vt pcognoscitur in vl'i. est tñ pncipiū acqsitionis sciētie sicut quedā inchoatio scientie. Unī Cōmen. pmo physi. cō. 5. distinguēs cognitionē iduidui ɔtra cognitionē spēi dicit. Indiuiduū cōpositū lȝ nō sit primū in sciētia demōstratiua. est tñ principiū acqsitiōis vl'is qd est pncipiū sciētie demōstratiue. ¶ Quarto dicit. Intelligēdū (pp abstractionē itellectus q dicit abstrahere vle a singulari) ꝙ duplex est abstractio. Una s. cognitiua qua s. itellect⁹ pōt itelligere vnū nō itelligēdo aliō: ꝛ sic cū illustrationē itellectus agētis. possibilis itelligit singulare cognitū obiectiue in imaginatiōe nō itelligēdo vle: ꝛ itelligit hanc formā huius singularis nō itelligēdo vle: ꝛ itelligit hanc formā huius singularis nō itelligēdo totū cōpositum singularis. Alia est abstractio factiua itelligibilis in esse itelligibili transferēdo de ordine in ordinē: ꝛ sic cuȝ vle nō sit obiectū cognitū in imaginatiōe itellect⁹ agēs abstrahēdo intētionē vl'is ab intētione singulari facit ipsaȝ itelligibile in actu qd pus fuit in potētia. ꝛ tunc itellect⁹ possibilis itelligit. Et isto modo itellectus agēs abstrahit vle ꝛ pos'is itelligit ipm. ꝛ nō singulare.

Alij cōcordāt cū isto. s. Lumignō. ꝛ pbant ꝙ singulare est primū cognitū directe. ¶ Primo pmittunt exēplū. ꝙ sicut sensus cōis. inquantū est finis oīuȝ sensuū exterioꝝ vnus existēs per se cognoscit oīa sensibilia ipsorum (vt dicit Cōmē. 2⁹ de aīa cō. 146.) ita itellect⁹ inquātū est finis oīuȝ sensuuȝ vnus existēs p se cognoscit oīa sensibilia ꝛ directe. Ad hoc est Cōmē. 3⁹ de aīa cō. 30. vsqȝ ad. 34. vt dicit: sȝ discordat in hoc. ꝙ isti dicūt ꝙ fit in lumie itellectus agētis. Unde ponit tres lineas. Primo in intelligentia simplici vnam qua ab intentione singularis alicu⁹ pcedit ad qdditatē spēi ꝛ sic ascēdendo vsqȝ ad gen⁹ generalissimū. Alia qua ascendit a spē spālissima vsqȝ ad gñalissimuȝ: ꝛ vtraqȝ est recta. Tertia linea est reflexa qua cōponēdo reuertitur a genere gñalissimo vsqȝ ad indiuiduū. ¶ Qꝛ igit singulare sit pmū cognitū itellectui pbatur sic. Ab extremo ad extremū nō itur p se nisi p mediū. Sȝ itellectus fm suū vltimū (puta vt est terminus sensuū) est mediū inter sensuȝ ꝛ inter ipm itellectū p se ɔsideratū respectu obti ꝓprij. sicut sensus cōis vt est terminus sensuū exterioꝝ est medius iter sensus exteriores ꝛ seipm ɔsideratū respectu actus illius q est sibi ꝓprius vt distinctus sensus fm se. ꝛ respectu ꝓprij ꝛ distincti obiecti. Si igit vt sic hȝ aliqd obm ꝓpriuȝ. sicut sensus cōis pmo apprehēdit sensibilia vt est terminus sensuū pticularium q̄ vt in se ɔsiderat⁹ respectu eius obti qd est sibi ꝓpriū. sic itellectus primo mō determinabit ad illō obm fm qd est terminus sensuū q̄ determinabit fm obm aliqd abstractū. ¶ Itē. Primo itelligit aliqd fȝ lineā rectā q̄ reflexā: sȝ itelligere genus gñalissimū p singulare est fm lineaȝ rectā: qꝛ a singulari oriunt ordinate spēs vsqȝ ad gen⁹ gñalissimū. qꝛ singularia sunt prius nota nature: ergo singulare directe est pus cognitū vl'i. ¶ Scdo dicit ꝙ illa spēs spālissima que imediate se hȝ post indiuiduū est primū cognitū: qꝛ (cū naturalr modus cognoscēdi sequtur modū eēndi) illa intētio qdditatiua que est ꝓxima singulari post illud est pmū pceptiuū qdditatiue: sȝ itētio ꝓxima singulari est spēs spālissima: ergo primū intellectū linealr post indiuiduū est spēs: nō genus. ¶ Itē. agētia mō nature sibi assimilāt passuȝ nisi ipediant per accidēs: ꝛ agūt fm totū ipetū: igit cuȝ obm agat naturalr. pmo assimilat aliqn intellectū fm intētionem pfectissimā quidditatiuā. ¶ Iteȝ. Natura ordinatissime pcedit ꝛ non facit saltum: ergo naturalr intellectus primo apprehēdit qd ordine nature imediate se hȝ ad singulare. ¶ Item. Unūqdqȝ pmo mouet fm phantasma ꝓprium q̄ fm phantasma alienū: ergo species primo mouet intellectum fm ꝓprium conceptum q̄ fm conceptū generis. Illud autem qd Phs dicit. ꝙ ɔfusa sunt prius nota. dicit ꝙ per confusum non debet toties intelligi vniuersale. sed per confusuȝ debet intelligi totum: toties enim dicitur confusum: quoties totum. Unde verum est ꝙ sicut singulare est qddam totū respectu suarū partiuȝ. ita prius confuse cognoscit totū singulare q̄ ptes eius itegrales. ꝛ silr dic de toto vl'i ꝛ de toto potestatiuo i cōponēdo vel resoluēdo. ꝛ sic logt Phs p phy. vt pȝ ibidē. ¶ Cōcordat. Aureolus. di. 2. ar. 3. pbat enīȝ ꝙ quelibet ꝓpria entitas est obm motiuum itellectus p ꝓpriam rōneȝ entitatis. Uide ibi. ¶ Ad istuȝ articulū dico ꝙ obm qd pmo modo natuȝ est generare cognitionē in intell'u pōt accipi ex duplici pte. Aut. n. accipit ex pte itellectus pcise. Et p istū modū dico ꝙ pmū obiectū primitate gñationis est vle qd est ens transcēdens abstractiuū. Aut accipit ex pte obiecti precise: ꝛ sic. saltē post deū. De quo 3⁹ ar. Dico igit ꝙ pmum obm pmitate gñationis est singulare. Istā distinctionē ꝛ veritatē ptiuȝ distinctiōis innuit Phi. in plogo sup pm physi. vbi vult ꝙ ɔfusa sunt nobis (i. ex pte itellectus nostri) prius nota. Sȝ pus nota nature sunt singularia magis. Et ratio huius est: qꝛ cause ex natura rei sunt notiores q̄ sua causata: sȝ certum est ꝙ vl'itas est causata a re singulari. sicut genus: ergo ex natura rei singulariter magis notū: ꝛ hoc ex pte obiecti. ¶ Istā rōnem innuit ibi Cōm. cō. 3⁹ dicēs. Cognita apd nos sunt cōposita causata ab elemētis. quia cause sūt notiores apud naturā. ¶ Itē. Probatur. Quia semp vbi terminatur vna cognitio ibi incipit alia: sȝ illō qd est vltimate cognitū in phātasia est singulare.

gulare.igit̃ quantũ est ex p̃te obiecti p̃mũ qđ mouere ad co gnitionẽ intellectiuaʒ est singulare.¶ Hec vĩ imaginatio Cõmẽtatoris 3° de aĩa.cõ.10.Unde ibi imaginatur duas li neas.vnã rectã qua in cognitione sensitiua procedimus or dinate ab inferiori sensu vsqʒ ad suppremũ sensuʒ.s.imagi natiuã ⁊ istã lineaʒ vocat ipse rectã:⁊ tunc vult ꝙ cognitio intellectiua incipit in fine istius linee recte.⁊ hoc est in vlti mo sensato siue imaginato. Ita ꝙ vult.ꝙ p̃mo s̃m lineam rectã intelligit formã singularẽ existentẽ in hac re singula ri.Et q2 post vltimũ esse singularis nõ est vlterius ascende re s̃m lineã rectã.ideo vult.ꝙ quãdo intell's incipit intelli gere vl'e ꝙ tunc quasi cõuertendo girat se ad aliũ ordinem cognoscibiliũ.¶ Aduerte tñ ꝙ ista giratio nõ est cognitio indirecta vt p̃babit̃ infra ibi.Ex hoc ⁊c̃.i. in Nota.2°.Et ista distictio ponit̃ ab eo expresse 3.de aĩa.cõ.10. Ubi vult ꝙ intentio indiuidualis dupl'r experimentat̃. Primo per imaginatiuã.Scđo per aliud.s.per intellectũ:⁊ hoc est qđ dicit.ꝙ necesse est forma experimentet̃ per aliã virtutẽ:⁊ hoc erit ex hac virtute:⁊ loquit̃ de intellectu.Et hoc dupl'r. Aut per dispositionẽ similẽ linee recte.s.cũ intellexerit pri mã formã existentẽ in hac re singulari.Et hic habeo p̃muʒ mẽbrũ distinctionis.s.ꝙ in vltimo singulari vbi terminatur cognitio sensitiua tanq̃ʒ in vltimo termino.siue in vltimo fine linee recte.ibi incipit cognitio intellectiua.¶ Sequit̃ de scđo mẽbro.Aut.s.hoc est s̃m dispositioneʒ si'lem linee spherali.qñ itellectus vadit intelligere q̃dditatẽ illius for me.deinde q̃dditatẽ illius quousqʒ p̃ueniat ad q̃dditatẽ in illa re.Hic habeo ꝙ girat se recedẽdo a cognitione s̃m eẽ singulare vsqʒ ad cognitionẽ s̃m esse vl'e.¶ Ex hac distin ctione clare p3 illud qđ assumptũ est in argumẽto.s.ꝙ ibi incipit idest in p̃ma re singulari cognitio intellectiua vbi terminabat̃ cognitio sensitiua:⁊ certũ est ꝙ iste ordo est ex natura reꝝ q2 infra lineã rectã.vt dicit Cõmentator.Eãdeʒ distinctionẽ ponit Cõmẽtator cõmẽto.11.dicens sic.Scien dũ est eniʒ.ꝙ dispositio habita ab intellectu que diuersat̃. qñ cõprehẽdit formas reꝝ primas sensibiles.est ei per sen sus.⁊ dispositio que diuersat̃ in eo per cõprehẽsionẽ q̃ddi tatis ⁊ forme.est eniʒ dispositio diuersa in se nõ p̃ sensus:⁊ ideo assimilat ip̃ʒ Ari.linee spherali in hac dispõne.Plato aũt linee giratiue.¶ Itẽ. Hoc satis clare ex sequentibus in cõ.10.vult Cõmẽtator.ꝙ qñ intell's girauerit se ad cogni tioneʒ vl'iuʒ ꝙ oĩno intelligit q̃dditatẽ carnis.deinde que rit intelligere q̃dditatẽ illius q̃dditatis:⁊ hoc erit duʒ inue niet q̃dditatẽ in q̃dditate.⁊ nõ cessabit quousqʒ p̃ueniant ad formã simplicem.s.ꝙ istud intelligere erit si'r in carne dum erit possibile in carne.ꝙ q̃dditas eius h3 quidditatẽ. Uult dicere.ꝙ intellectus quando girauerit se ad lineam cognitionis mere vniuersalium.ꝙ p̃mo intelligit quiddita tem carnis.hoc est quidditatem alicuius acceptam s̃m spe ciem specialissimã:deinde querit intelligere quidditatẽ in quidditate.quãdiu erit possibile inuenire ꝙ quidditas car nis habet quidditatem. Hoc est dictũ.ꝙ hoc erit procede re vsqʒ ad genus generalissimuʒ eius.Ex quibus arguo sic. Iste processus queʒ Cõmentator ponit hic.ꝙ in ordine co gnitionis vniuersaliũ species specialissima est primo nota non potest esse verũ q̃ntum est ex parte intellectus:quia in tellectus incipit a confusissimo(vt predictum est ex prolo go.1.phy.)ergo oportet ꝙ intelligatur s̃m ordinem qui est ex parte obiecti.Sed qua ratione iste ordo accipit̃ ex par te obiecti.eadem ratione hoc qđ dicit ꝙ intellectus p̃mo intelligit quidditatem in hac re singulari.accipitur ex p̃te obiecti:quia ex parte rei siue obiecti singulare.est simpl'r p̃mum.igitur sequitur propositum.s.ꝙ q̃ntum est ex parte obiecti.singulare est prius notum. ¶ Item. Hoc apparet ex textu Aristo.Probat enim ibidẽ.ꝙ intellectus est alius

Cõmenta tor.

Arg^m 1^m

Arg^m 2^m

a sensu.per hoc ꝙ intellectus habet obiectũ propriũ aliud ab obiecto cum quo conuenit cuʒ sensu.s.singulare. Unde dicit sic.Aliud est magnitudo ⁊ magnitudinis esse.aqua ⁊ aque esse ⁊c̃.Infert ergo:aut alio.aut aliter se habẽte discer nit.Et infra:sensitiuo q̃dem calidum aut frigidum indicat. quorum ratio quedam est caro.Alio autem.aut separato. aut circunflexo se habet ad se ipsaʒ.que(cuʒ extensa sit)car nis esse discernit.Textus aũt Cõmẽtatoris loco huius qđ dicitur circunflexa habet sic:s̃m dispositionem linee sphe ralis.Ecce intellectus circunflexe(idest spheraliter)discer nit quod quid erat esse:⁊ per ꝯsequens obiectum quod pre cessit(.s.singulare)fuit obiectum rectum.¶ Ad intelligen dum istum textum. Primo est notanduʒ.ꝙ per magnitudi nem intelligit esse singulare magnitudinis.⁊ per magnitu dinis esse intelligit quidditatem magnitudinis.modo quo loquitur.7.metaphysice.vocãs essentiam rei formam siue qđ quid erat esse:⁊ sic exponit eum Cõmẽ.cõ.9.(quia ma gnitudo ⁊c̃.)dicens sic.Quia hoc indiuiduum est aliquid ⁊ intentio per quam hoc indiuiduũ est ens.s.quidditas ⁊ for ma.est aliud.Uerbi gratia.quia hec aqua est aliquid:⁊ intẽ tio ⁊ forma p̃ quã hec aquã est ens.aliud ab aqua. ¶ Scđo est intelligendum ex hoc.ꝙ indiuiduum magnitudinis est quid singulare qđ patet ex hoc:quia s̃m eum est calida aut frigida.ideo vult ꝙ magnitudo siue caro sit obiectum sen sus:⁊ hoc est qđ dicit sensitiuo quidem calidum ⁊ frigiduʒ iudicat quorum ratio quedam est caro.¶ Tertio est intel ligendum.ꝙ nõ solũ sensitiuo indicat anima de indiuiduo carnis.sed etiam per intellectuʒ:⁊ hoc est qđ dicit:alio aũt separato.¶ Quarto est intelligendũ.ꝙ in hoc intellectus excedit sensum ꝙ non solum intellectus cognoscit singula re sicut sensus.sed p̃mo intelligit singulare s̃m lineã rectã. hoc est:accipit euʒ in fine illius linee recte quo recto ordĩe sensus p̃cessit a p̃mo sensibili vsqʒ ad vltimũ sensatum(vt predictũ est)⁊ tũc ab illa linea recta circũflectit se p̃ lineaʒ circũflexã ⁊ extẽdit se vsqʒ ad ꝯsiderationẽ q̃dditatis car nis:⁊ propter hanc diũam.dicit textus(vbi loquit̃ de intel lectu)ꝙ nõ solũ cognoscit alio separato.sed ꝙ alio aliter se habẽte discernit:⁊ addit:circũflexa se h3 ad se ipsaʒ que cuʒ extensa sit carnis esse discernit.¶ Ex his arguit̃ p̃positũ sic Arist.volens p̃bare itellectũ aliũ a sensu assumit ꝙ sin gulare est obʒ sensus.⁊ qđquid erat esse.est obm intell's.sic tñ intelligẽdo.ꝙ intell's p̃mo ⁊ imediate nõ fert̃ in qđquid erat esse.sed p̃mo incipit a singulari qđ fuit cognitũ in fine linee recte sensus circunducẽdo se.siue circũflectẽdo.vsqʒ p̃ueniat ad qđquid erat esse:sed ista p̃batio nihil valet p̃ bando diuersitateʒ potentiarũ per diuersitatẽ obiectorum nisi s̃m ordinem qui est ex p̃te obiecti.singulare esset p̃us notũ q̃ʒ vl'e.igit̃ sequit̃ p̃ncipale p̃positũ.¶ Ex hoc appa ret ꝙ multũ deficit cõmunis doctrina:q2 ex isto textu vo lunt accipere ꝙ intellectus cognoscit indirecte singulare ⁊ per lineã reflexã. Primo q2 isto termino nõ vtit̃ Ar.refle xa.Scđo q2 hic nõ est sermo Arist.de ordine cognoscẽdi ex parte intellectus:sed ex p̃te obiecti(vt p̃batũ est)quia p̃cessus de quo loquit̃ hic Ari.quo intell's q̃ntuʒ est ex p̃te obiecti.natus est p̃cedere a singulari vsqʒ ad vl'e per lineã spheralẽ vel circunflexam.nõ est cognitio indirecta sed di recta ⁊ essentialis.Essentiali eniʒ ordine ⁊ ex natura rei pri mo mouet res naturalis ad conceptum sue singularitatis (quia est obiectũ naturale agens ex toto impetu)⁊ postea ad proximuʒ conceptũ qui est proximus sibi imperfectio ne qui est species specialissima.⁊ sic p̃cedẽdo vsqʒ ad gen^us gñalissimũ.¶ Dico tñ ꝙ ex isto p̃cessu põt cõuici ꝙ s̃m ordinẽ q̃ est ex p̃te intellectus precise ꝙ singulare intelligit̃ p̃ lineã reflexam ⁊ indirecte:qđ p3 sic.Quia processus qui est ꝯtrarius illis p̃cessibus q̃ fiunt s̃m tales lineas in q̃bus

Nota p^m.

Nota 2°

Singlare. quomõ co gnoscitur directe.

saluaṫ rectus ordo q est ex nã rei potest bene vocari indi- rectus ⁊ reflexus: sed ordo qui est ex pte intell's quo pcedit a cõfusissimis que sunt priora natura ascendẽdo a gñalissi mo vsqȝ ad: specialissima que sunt pus nota nature. ⁊ tãdẽ ad singularia que nõ solũ nata sunt cognosci ab intellectu sed a sensu. tunc pcediṫ ɔtrario pcessu ad rectũ ordinẽ q est in lineis que sunt ex natura rei ex pte obiecti. ǧ. ⁋ Pȝ ẽt scdo. ꝙ magis dȝ dici (fm ordinẽ qui est ex pte intell's) ꝙ singulare intelligiṫ per lineã circũflexã ꝙ̃ reflexã. nõ ac cipiendo circũflexã p spherali (vt supra) qr illa est recta. sed accipiendo fm significatũ nois qd bene stat cum in di- recta. Qr aũt sic possit vocari circũflexa pȝ: quia. vt haberi põt ex premissis. quattuor sunt ibi linee: due ex pte obiecti. ⁊ due ex parte intell's. Ex pte obiecti. Una recta fm quam itellectus natus est incipere in fine vltimi sensati. Alia sphe ralis sed recta. qua girat se applicando ⁊ inclinãdo se ad ea que sunt in quodã alio ordine: assignato enim vltimo (inci- piendo recto ordine) girat ad pure itelligibilia que sunt in alio ordine. Et pte autẽ intell's. pma linea est qua incipit a cõfusissimo ⁊ procedit ad spẽm specialissimaȝ. ⁊ illa vadit ɔtrio ordine ordini qui est ex nã rei in obiecto: ⁊ iõ ibi pro- cediṫ per lineã reflexã. scda aũt est qua intellectus a specie specialissima vadit ad singulare: ⁊ vt predictũ est a singula ri debuit incepisse. qd non fecit: ⁊ pȝ. qr ordine retrogrado venit ⁊ terminaṫ ad pmũ punctũ totius ordinis: ⁊ sic quasi circunduxit se cõplendo totũ circulũ. ⁊ ideo talis actus re- flectens fm se dȝ pprie vocari circũflexus. ⁋ Tertio dico ꝙ opȝ eos q dicunt qa Aristo. ponit singulare intelligi per reflexaȝ: qr vadit in obm alterius potentie. exponere. i. per lineã circũflexaȝ. Qd pȝ: qr ipsi imaginanṫ ꝙ intellectus p intelligit vle: ⁊ tunc reflectit se ad singulare. Et hoc intelli- gunt ex textu Arist. qñ dicit (aliud est magnitudo ⁊ magni- tudinis esse) intelligunt eniȝ p magnitudinem in abstracto acceptã. vle: ⁊ per esse magnitudinis singulare: ⁊ tũc dicũt ꝙ ibi Aris. dicit. ꝙ esse magnitudinis siue singulare cogno- sciṫ a sensitiuo aut altero separato idest intellectu. ⁊ ꝙ hoc est verũ per lineã reflexã. Sed illa est circũflexa. vt visuȝ est: ergo opȝ ꝙ per reflexaȝ itelligant circũflexam.

Probaṫ. pᵒ ɔclo. Argᵐ pᵐ

Tunc reuertor ad pncipalem ɔclusionẽ quã probo sic. ⁋ Primo ex rõne essendi. Illud est pus ordine nature qd est prius pfectione: in hoc enim distinguiṫ ordo nature ab ordine gñõnis: qr generatio incipit ab imperfe- cto. Sed singulare. pfectione est pus specialissima. ⁊ specia lissima pfectior genere subalterno: ⁊ sic vsqȝ ad genus gña- lissimũ. ǧ fm ordinẽ nãe dȝ cognitio incipere a singulari. Sed ordo nature est qui se tenet ex pte obiecti ⁊ nõ ex pte ɔceptus intell's. ǧ ex pte obiecti intell's singulare est prius notũ. minor pbaṫ superius qr ordo ex pte obiecti est tota rõ totius ordinis.

Argᵐ 2ᵐ

⁋ Scdo ex rõne agendi sic. Obiectum agit in intellectu mõ nãe: ⁊ per ɔñs fm totũ ipetũ (q̃tũ est ex pte sui) agit ad pfectissimũ ⁊ actualissimũ suũ effectum sed pfectissimus ɔceptus cognitionis de re singulari q põt haberi. est cognosci in singularitate: ergo q̃tũ est ex parte obiecti. singulare pmo mouet ad conceptũ sue singularita- tis.

Argᵐ 3ᵐ

⁋ Itẽ. Hoc maxie videreṫ impedire ꝙ singulare esset pmũ cognitũ ex pte obiecti. ⁊ ex nã rei. Quia nõ cõtinetur essentialṙ sub genere vel sub specie. fm illud Platonis: de- scendendo ad specialissima iubet Plato q̃escere: sed hoc nihil est. ǧ ⁊c̃. Probo minorẽ. Quia ⁊ si ad spẽȝ spãlissimã est quiescendũ hoc sic intelligendũ est. ꝙ de indiuiduis nõ est querẽda scia (vt pbat phs) sed ad spẽȝ est standũ tanꝗ̃ ad illud de quo põt haberi scia. sed cũ hoc ꝙ est essentialṙ cõtentũ sub specie spãlissima. Uerbi grã. de genere non est scia ⁊ tñ essentialṙ cõtineṫ sub ente qd est obiectuȝ intell's.

Argᵐ 4ᵐ

⁋ Item pbaṫ sic. Quia ex hoc possumus pbare ꝙ spẽs essentialṙ contineṫ sub genere: qa ipoĩe est esse genus qn p dr̃iaȝ determineṫ ad spẽȝ: sed eque impoĩe est ꝙ sit aliqua spẽs qn determineṫ sibi aliqd indiuiduũ. qr eẽt vna idea ⁊c̃. ideo multitudo indiuiduoꝝ nõ vĩ essentialṙ cõtineri sub specie. sed indiuiduũ aliqd cõtineṫ essentialiter.

Ad argᵐ pmũ.

Sed quia argumenta aliorũ volunt pbare ꝙ in in- tellectu causaṫ pmo cognitio singularis ꝙ̃ vlis. Ideo rñdeo ad argumẽtũ pncipale in pncipio art. qñ diciṫ. ꝙ singularia directe cognoscunṫ. qr accipiunṫ ad p- bandũ aliquã cõclusionẽ scientifice: sicut qñ accipiṫ in spe- cie argumẽtationis p inductionẽ. Dico ꝙ verũ est q̃tũ est ex parte obiecti. nõ tñ pbaṫ ꝙ ex pte intellectus. ⁊ hoc nisi forte accipiẽdo singulare in cõparatione ad vle. Et hoc est ꝙ doctores cõiter dicunt. ꝙ nihil pbibet ꝙ singulare fm se acceptũ ⁊ absolute sit obiectũ indirectũ intell's. ⁊ tñ ꝙ in tellectus vt cõsiderat singulare vt in habitudinẽ ad vle sit obiectũ quodãmõ directũ: qr sic quodãmõ est idẽ cuȝ eo: ⁊ hoc est ad ppositũ de inductione qua pbaṫ vle per singu- laria. Et per hoc pȝ ad cõfirmationẽ eius: qñ. n. deducebaṫ ꝙ singulare est pus cognitũ fm lineã rectã. absolute loquẽ do. nego.

Ad alia argumẽta

⁋ Sed ad oia argumenta. Dico ꝙ singulare est prius cognitũ fm lineã rectã q̃tuȝ est ex pte obiecti (vt su- pra dictũ est) sed ex pte itellectus vle est prius notũ fm re ctaȝ lineã. Nec est mirum si alius ordo sit ex pte obiecti. ⁊ alius ex pte itell's. Quia ex pte rei inter singulare ⁊ vle (sicut inter pmã subaȝ ⁊ 2ᵃᵐ) est ordo nãe. ⁊ qr ordo nãe est. ꝙ pᵐ est pfectissimũ. ideo singulare qd pfectius esse dicit ꝙ̃ genᵘ vel species ex pte rei est prius. sed in intellectu qñ acquirit sibi sciam est ordo gñõnis: ⁊ in ordine gñõnis illud qd est prius est imperfectius: qr in generatione vnumqdq; vadit de imperfecto ad pfectũ. Ideo ex parte itell's pus cognosci tur aliqd in vli ⁊ imperfecte. Nec agit nã frustra in facien do singulare pᵐ intelligibile ab intellectu mãli. ⁊ tñ nunꝗ̃ est pmũ intellectũ ab eo: qr eodẽ mõ in phantasmate crea ture ex nã rei pmũ intelligibile (qd est deus) est pmũ ⁊ pn- cipale in ente analogo. ⁊ tñ nunꝗ̃ est pᵐ intellectũ ab intel lectu mãli. Et ideo est dõm p sile (vt ponit Cõmentator 3ᵒ de aĩa. cõ. 36.) ꝙ sicut cũ intellectus mãlis adeptus sit sibi totũ agentẽ ꝙ intelligit deũ (⁊ loquiṫ ibi de cognitione na turali) ita verisimile est ꝙ cũ adeptus sit sibi totũ agenteȝ ꝙ intelliget naturalṙ fm ordinẽ qui est ex nã rei: ⁊ per ɔñs permanens in illo statu nãli pmo intelligit deũ postea or- dinate ea que sub deo: ⁊ eodeȝ modo est dõm de singulari ꝙ in illo statu pmo intelligit singulare postea spẽȝ ⁊ genus ⁊ sic vsqȝ ad ens transcendens. Tunc ad formaȝ argumen ti quãdo dicitur. ꝙ nunꝗ̃ pmo intelligit singulare. Dicẽdũ est. ꝙ imo quando venit ad illuȝ statum in quo natum est singulare primo intelligi, tunc primo intelligitur: ⁊ ideo in natura nõ est frustra: quia frustra est quando aliquid non peruenit ad finem sicut ⁊ quando ordinatur. ¶ Per istum modum dicendi patet ad illud difficile: si ens est obiectuȝ intellectus. igitur intellectus potest directe in singulare. Di co enim ꝙ verum est quantum ex parte obiecti. sed quãtũ ex parte intellectus non.

Dubium.

Sed circa premissa dubitatur. Quia cum singulare sit solum intelligibile in potentia propter suam materialitatem. ⁊ solum vniuersale sit in actu intel- ligibile per intellectum agentem. intñ ꝙ Cõmentator di- cit. ꝙ si vniuersalia essent separata: non oporteret ponere intellectum agentem. ergo videtur ꝙ singulare nunꝗ̃ ha- bet esse itelligibile in actu: ⁊ p ɔñs nunꝗ̃ poterit esse obm intell's.

Solutio.

⁋ Rñdeo ꝙ (cũ ens fȝ totũ suum ambitũ sit obm intell's) intell's agẽs attingẽs phãtasma illuminat ipsuȝ fȝ oẽm intentionẽ entis inuentaȝ in eo. ⁊ quãlibet intentionẽ entis facit intelligibilẽ per se: ⁊ per ɔñs ipsaȝ singularitatẽ.

Nota. ¶ Sed pp dictū Cōmētatoris est intelligendū ꝙ intell's agens hꝫ duplicē actū. videlꝫ illuminandi (⁊ illo actu constituit totū ens in esse intelligibili) ⁊ hꝫ actū abstrahendi. ⁊ illo separat vl'e a singulari ⁊ ꝯstituit obm̄ in esse intelligibili scibili. idest in tali esse intelligibili ꝙ de ipso pōt esse scia ⁊ fieri demonstrationes de eo. Qn̄ ergo dī. ꝙ intell's agens facit solū vl'e in actu intelligibile. Uerū est. quo ad actū suū abstractiuū quo facit obm̄ intelligibile scibile. nō aūt quo facit obm̄ intelligibile simpl'r: imo ille actus extendit se ad singulare ⁊ ad oēm intentionē entis. ¶ De ista materia satis quere. questione scda in ꝓlogo, articulo scdo. Ubi teneo ꝙ lꝫ res sit de se intelligibilis tn̄ nō vltimate intelligibilis nisi per intellectū agentē ⁊ isto mō loquor hic. Uide bene vbi arguitur contra Aureolum.

Dubium. **Contra** istam distinctionem vr̄ ꝙ Cōmentator dicit super passum de intellectu agente. ꝙ abstrahere intellectus agentis nihil aliud est nisi facere intentionales imaginatas que sunt intelligibiles in actu. ⁊ per textū Aristo. intell's agens est habitus vel lux: ⁊ se hꝫ sicut lux in faciendo colores in potētia colores in actu. ergo idē actus est abstrahere ⁊ illuminare. ¶ Rn̄deo ꝙ abstrahere accipit dupl'r. Aut general'r vt hic. ⁊ sic nō distinguit. Aut specialiter vt Cōmētator dicit ꝙ actus intell's agentis est trāsferre obiectū de ordine in ordinem. ⁊ hoc est ꝓprie facere vl'e qa est obm̄ intelligibile scibile. ⁊ sic distinguit illuminare ⁊ abstrahere. Qr aūt hic pono singulare per se intelligibile. In scda aūt qōne arti. 2. vī dicere ⁊ supponere ꝙ nō hoc est. qr ibi arguēdo cōtra alios suppono cōem opinionem, quam hic specialiter reprobo.

Solo. 3. ꝓlo. q. 2 ar. 4. in 3° ar°.

Tertius articulus de quo format p̄ncipalis questio cum suis articulis sequentibus. s. quid sit p̄m cognitū simpl'r primitate gnōnis. Ubi dī. ꝙ aliqd cognosci p̄mo. vel esse p̄m cognitū p̄mitate gnōnis est dupliciter. Uel perceptibil'r. Uel imperceptibil'r. Perceptibil'r vt cū cognosco holem ⁊ percipio me cognoscere. Imperceptibiliter: qn̄ cognosco sed nō percipio: sicut qn̄ video aliqd sed nō aduerto ad illud sed ad aliud. vt ponit August. exēplū 2° de trini. ca. 7. dicit. n. tunc ꝙ ipercepibil'r iste terminus singularis. Deus est p̄m ⁊ notissimū quia p̄mo generat notitiā in nobis q̄ntū est ex parte obiecti: ita ꝙ ex phantasmate creature p̄o generat in nobis cognitio dei q̄ꝫ ipsius creature. lꝫ hoc non percipiamus.

Quatuor ostēdēda. **Tunc** ostendunt hic quatuor. Primū est ꝙ cognoscēs aliqd totuꝫ simul cognoscit oēs eius partes. ¶ 2° ꝙ sil' ⁊ actual'r cognoscit oēs eius partes. ¶ 3° ꝙ cognoscēs aliquā eius creaturā simul ⁊ actual'r hꝫ aliquē cōceptū de deo. soli deo ꝓpriū. ¶ 4° ꝓpositū. ꝙ si cōparent adinuicē scilꝫ deus ⁊ creatura. ꝙ nō obstante ista simultate ēt p̄m cognitū ⁊ notissimū ex phantasmate creature. est deus. ex pte obiecti lꝫ imperceptibiliter.

p̄m arg̃m **Ad primū** arguit sic. Quicūqꝫ cōcipio aliqd cōpositū simul ꝯcipio qcqd est de eius ꝑ se intellectu q̄ntū ex pte obiecti: sed partes sunt de per se intellectu cōpositi. ergo ⁊c̄. ¶ Itē. Idē significāt nomen ⁊ diffinitio lꝫ diuersimode. qr vtrūqꝫ significat reꝫ cōceptā. g̃ ideꝫ cognoscit nolans ⁊ diffiniēs q̄ntū est ex pte rei. sed diffiniēs cognoscit oēs intentiones partiales. ¶ Itē. Ad totū cathegorice sequit totū sincathegorice si p̄dicatū non repugnat partibus obiecti. sicut hec est repugnantia sortes currit. g̃ manus sortis currit: sed hec est bona ꝯn̄tia sortes est in domo. g̃ manus sortis est in domo. qr hic nō est repugnātia. ⁊ partialibus intentionib' nō repugnat intelligi in toto. ergo sequit. totum compositum intelligit. ergo ⁊c̄.

2m arg̃m

3m arg̃m

p̄m arg̃m **Ad secundū** arguit sic. Ad totū cathegorice sequit totū sincathegorice si ⁊c̄. sed nō solūꝫ repugnat partes intelligi. sed nec repugnat ptibus cūꝫ toto intelligi sil' ⁊ actual'r lꝫ nō perceptibil'r qr vt in toto sunt. qōdā vnū sunt. ergo ⁊c̄. ¶ Item. Intentiones ptiuꝫ in toto sunt facte in toto per intellectuꝫ lꝫ sunt inuente in re ⁊ sunt formalitates ordinē hn̄tes adinuicē. ergo sunt actualitates: sed sic vnūqdqꝫ se hꝫ ad intelligibilitatē sicut ad entitatē. g̃ cūꝫ totū intelligibile mouet intellectum. iste partiales intentiones sil' mouent ⁊ actual'r ⁊ distincte itellectū. ⁊ sil' intelligunt. lꝫ nō percipiant. Sicut cū aliqd latū. longū. ⁊ ꝓfundū. simul s̄m oēs istas dimensiones moueat visuꝫ. simul ⁊ actualiter s̄m oēs vī. lꝫ hoc nō percipiamus. ¶ Itē. Partibus forme eo mō quo intelligunt habere ptes. correspondent ptes ipsius fieri: generatio ergo cognitionis que est qōdā fieri subitū hꝫ gradus ordinis nāl's s̄m gradus in tota formali re obiectiua: lꝫ ergo sil' cognitio terminet ad totuꝫ. tn̄ eadem cognitione. sil' duratione. ⁊ actual'r terminat ad q̄libet partē s̄m ordinē sibi ꝓpriū lꝫ nō ꝑcipiat. ¶ Iteꝫ. Dum mobile mouet in quolibet instanti est in aliquo loco sibi equali: ⁊ hoc quodāmō in actu (qr mot' est actus qdē) nusq̄ꝫ tn̄ in loco signato in actu perfecto quiescens ⁊ perceptibil'r: ergo sil'r esset si moueret in vacuo vel in instanti. illud enim instans esset diuisibile in signa s̄m rōnē, sicut tēpus diuidit s̄m reꝫ: in quolibet ergo signo medio esset mobile quodā ordine in alio ⁊ alio loco equali in quodā actu lꝫ nō signato ⁊ perceptibili ⁊ perfecto. Eadē ergo rōne vī. ꝙ intellectus motus cōcipiendo in instanti lapidē in quodā actu foāli in quolibꝫ signo nāe est assimilatus alij ⁊ alij parti. ⁊ equatus imperceptibil'r intellectui eius. lꝫ nulli parti assit ⁊ absit signanter ⁊ perceptibiliter.

Arg̃m 2m

Arg̃m 3m

Arg̃m 4m

Ad tertiū arguit. Nulla intentio cōis pluribus non vniuoce dicta est altera tn̄ (qr tunc nō eēt cōis) aut neutra tn̄: quia. que neutra est respectu signatoꝝ suoꝝ est vniuoca. est igit vtraqꝫ in actu. Sed oē p̄dicatum qd est cōe deo ⁊ creaturis est nō vniuocuꝫ. g̃ est vtrūqꝫ in actu. s. deus ⁊ creatura. g̃ hn̄s ꝯceptū de creatura sil' ⁊ actualiter hꝫ actualē ⁊ ꝓpriū ꝯceptū de deo q̄ntuꝫ est ex pte obti lꝫ nō ꝑceptibil'r. ¶ Itē. Diony. de di. no. c. pte. 9. Modus cognoscēdi ꝑ remotionē est ita. ꝙ in illa remoueo qcqd cognoui ꝑ viā cāl'itatis ⁊ eminētie. tn̄ cū debeo aliqd cognoscere in via remotionis opꝫ aliqd retinere: sed hoc nō pōt eē negatio tn̄. qr negatio aliūde reqrit robur suuꝫ. nec pōt esse ꝯcept' cōis qa illa remouet cūꝫ remotione coꝝ q fuerunt in via cāl'itatis ⁊ eminētie. g̃ retinet ꝯceptus q est deo ꝓprius: lꝫ qd retinet. fuit ꝯceptus p̄us impressus. igitur ⁊c̄. ¶ Itē. Cōcipiēdo accn̄s sil' actual'r cōcipio subaꝫ. qd est pp analogiā accn̄tis ad subaꝫ. g̃ cū maior est cuiuslꝫ creature dependētia ⁊ analogia: g̃ a maiori. ¶ Itē. Aliqd esse in sensu interiori qd nūq̄ꝫ fuit in exteriori: nisi solū in accn̄tibus hn̄tib' analogiā: puta ouis cognoscit inimicitiā lupi ꝑ formā ⁊ huiusmodi. g̃ cū quelibet creatura hēat maiorē analogiā ad deū. pōt deus cognosci ꝑ spēm creature in intellectu lꝫ spēs dei nūq̄ꝫ fuerit in sensu phātastico exteriori ⁊c̄.

p̄m arg̃m

Arg̃m 2m

Arg̃m 3m

Arg̃m 4m

Arg̃m p̄m **Ad quartum** arguit: ꝙ q̄ntū est ex pte obiecti. p̄m qd cognoscit a phātasmate creature lꝫ ipercepibil'r est de'. Hoc deducit ex tribus articulis p̄cedētib'. Sicut dictū est in p̄ ꝙ cognoscēs aliqd totuꝫ sil' cognoscit oēs ptes q̄ntum est ex pte obti. ⁊ actual'r. vt pꝫ 2°. Sed in cognitione qua cognoscit creatura ꝯceptus ptialis soli deo ꝓprius icludit sil' ⁊ actual'r lꝫ ipercepibil'r vt hꝫ ex tertio. Igit cognoscēs creaturam simul ⁊ actual'r habet conceptum soli deo ꝓpriuꝫ. q̄ntum est ex pte obiecti lꝫ imperceptibiliter. ¶ Item. Ut innuit in 3° dicto argumēto p̄ cōceptus qui p̄mo occurrit nobis qui est totalis cōceptus dei ⁊ creature. est ꝯceptus analogus. s. entis: sed conceptus analogi q̄ntū est ex parte rei primo causat ꝯceptuꝫ in intel-

Arg̃m 2m

lectu de eo qd̄ est p̄ncipale signatū in ente qd̄ est deus. Sequit̄ ergo q̄ p̄mū qd̄ cognoscit̄ ex phantasmate creature erit deus. ¶ Sed est hic intelligendū q̄ iste doctor intendit duo pbare. Unū q̄ q̄ntū est ex pte obiecti phantasma creature p̄mo accidental'r τ de facto causat ɔceptū soli deo pprīū: τ in hoc nō teneo cū eo: nec pbant argumenta sua hoc. sed solū pbant q̄ ita cognoscit̄ deus in ɔceptu creature sicut partes in ɔceptu totius: sed partes nō ɔcipiunt̄ in toto nisi vnitiue τ cōfuse tn̄ nō actual'r s̄m sua propria. Scd̄m (in quo pōt teneri) est q̄ phantasma creature q̄ntū est ex pte obiecti p̄mo natū est generare ɔceptū soli deo pprīū, lz nō actual'r.

Nota.

Arg^m p^m

¶ Et hoc pbat̄ p̄mo per argumentū superi⁹ factū de analogia entis in 3. argumēto 2° in fine. 4. dicti eorum. Et hoc plus declaro sic. phs. 4. meta. tex. cō. 1. postq̄ pbauit q̄ meta. est de ente analogo ad substantiaz τ accidens. statim ɔcludit q̄ ipsa est de suba tanq̄ de p̄mo ɔtento in ente ad qd̄ oīa accn̄tia h̄nt attributionē, sic dicēs. Ubiq3 āt ppriē p̄mi est substātia τ ex quo alia pendent τ ppter qd̄ dicunt̄: igit̄ si hoc est suba τc̄. sed certum est q̄ in habitu metaphysico q est habit⁹ cōpositus ex phantasmatibus creaturarū. ita h̄nt substātie create attribuunt̄ τ pendent ad subam p̄mā increatā sicut accidētia ad subaz. igit̄ simpl'r in phantasmate creature est ɔceptus dei. ¶ Cōfirmat̄. qa illud est p̄^m notū nature qd̄ est vltimū notuz apud nos: sed ex phantasmatib⁹ creaturaꝝ in fine meta. cōuincit phs. ea que sunt ppria deo. igit̄ τc̄. Et huic expressissime cōcordat Cōmētator. cō. 2. dicens: τ manifestū est q̄ vna scia in talibus rebus que dicunt̄ per attributiones est scia p̄mi qd̄ est in illo genere per cuius cōtinuationē cum alijs attribuunt̄ illa alia ei: sed vt p̄mo. planū est q̄ phs attribuebāt oīa entia tam substātiā q̄ accidēs p̄mo enti: vt p3. 12. met. in fine. ḡ p̄^m qd̄ est in phātasmate creature est deus. ¶ Itē.

Arg^m 2^m

Hoc pbat. phs. ibidem sic. Una est scia oium eorū que sūt vnius generis. vt grāmatica speculat̄ oēs voces: qd̄ exponens Cōmētator. ponit vnā sciam que considerat de oībus speciebus illius generis. vt musica cōsiderat de oīb⁹ spēb⁹ sonoꝝ: qa ppter entis in̄q̄ntū ens quascūq3 spēs speculari vnius est scie generis: spēs aūt spēꝝ. qd̄ sic exposuit Cōmentator. Sunt eniz apud dicentes eas forme formaꝝ entiuz τ ista scia ɔsiderat de formis. igit̄ cōsiderat de formis formarū. Ecce. phs τ Cōmen. volunt q̄ ista scia peruenit in attributione adinuicē vsq3 ad formas formaꝝ. τ eadē rōne vsq3 ad p̄mā formā: qz voluīt. phs τ Cōmē. q̄ ista scia pueniat ad oēs spēs que sunt infra genus entis: sed (vt p̄us dictū est) illud qd̄ est vltimū in attributione est p̄^m in ordine. ergo p̄ma forma est p̄^m in phantasmate creature. ¶ Item.

Arg^m 3^m

12. met. tex. cō. vlti. arguit. phs. sic. Entia nolunt male disponi: pluralitas p̄ncipatuū est mala: vn⁹ ergo p̄nceps. In isto argumēto manifestū est q̄ Aristo. arguit de deo aliqd per phantasma creaturarū. qa arguit ab effectu ad cām. s. a dispositione entiū ad vnitatē vel p̄mitatē p̄ncipis. entia enim bene disponi est effectus p̄ncipis: sed vbi arguit̄ ab effectu ad cām arguit̄ a posteriori ad prius. igit̄ p̄mū qd̄ continet̄ in phātasmate entis vel in dispōne entis totius est deus.

Dubium

Sed est dubiū q̄ vnū qd̄q3 prius vī facere ɔceptum de eo qd̄ conuenit sibi p p̄ncipia intrinseca q̄ extrinseca. ergo p̄us faciet sibi ɔceptū ppriū q̄ pprium deo. Ex ista aūt ppositiōe si sit vera pbo ppositū. ¶ Ubi est notandū q̄ sicut deus h3 triplicē rōnē cāe respectu creature. s. efficientis. finalis. τ formalis. ita est deus in creatura per triplicē illapsum. s. per potētiā. presentiaz. τ essentiam. ¶ Nulla. n. creatura pōt efficere ppriā opationē nisi supposita generali influentia dei in gn̄e cāe efficientis. τ ideo ponit̄ in qual3 creatura per potētiā. i. per rōnē cāe efficientis. ¶ Itez. Cuelibet creatura eo q̄ est ordinata in ordine

Deus est in creaturis p potētiā,

per p̄ntiā

vniuersi ad deū sicut ad finē τ deus est sicut dux ad exercituz (sicut pbat̄. 12. meta. tex. cō. 51.) ita q̄ ex itentione nāe quel3 creatura intendit deū tanq̄ finē suū. sicut exercitus intendit finē ducis (vt ibidē pbat̄) sed finis semp est presens intendenti finem in eius itentione: τ ita est de⁹ in creatura per presentiā in̄q̄ntū est cā finalis. ¶ Itē. Sicut quelibet creatura vt recipiat esse necessario reqrit cām largientez sibi esse. ita vt cōtineat in esse reqrit cām cōtinentē vel cōseruantē in esse. Et qz pprius effectus cāe formalis que est causa per essentiā. est re in esse ɔtinere siue cōseruare. ex hoc enim phs. 4. phy. arguens cōtra ponētes locū esse materiā qa cōtinet dicit q̄ sequit̄ cōtrariuz. s. q̄ locus est forma qa ppriū esse forme est cōtinere. Ideo di q̄ de⁹ est in creatura p essentiā q̄ntū. s. habet rōnē cāe formalis. ¶ Ex his ḡ arguit̄ ppositū sic. ¶ Si vnūqd̄q3 est natū p̄mo cognosci s̄m illud qd̄ est ppriū taz intrinsece q̄ extrinsece. igit̄ simpliciter p̄mo natū est cognosci qd̄ magis intrinsece cōuenit sibi. Sed deus in qualib3 creatura p gnālē illapsuz que est per essentiā est intimius cuilibet creature q̄ ipsa creatura sibi. Ergo si ppositio accepta sit vera. seqt̄ q̄ p̄mū qd̄ natuz est cognosci ex phantasmatib⁹ creature est deus. Probatio minoris p3 ex dictis. Ex hoc eniz q̄ deus est in creatura per potentiā. τ presentiā. est in creatura extrinsece. qa p rōnē cause finalis τ efficientis que sunt extrinsece: τ ex h q̄ est in creatura p essentiā est ei itrinsece. qa per rōnē cāe formalissimo magis itrinsece q̄ creatura sibi ipsi: qa l3 nō sit in creatura sic intime τ itrinsece sicut cā formalis ita q̄ informet creaturā: tn̄ est in creatura sic intime τ intrinsece q̄ cā formalis τ essentia creature nō esset essentia. nec forma esset forma. nec formaret. nisi tota essentia creature. τ forma. τ mā cōtineant̄ in esse a deo cōtinēte. Sed illud ex cuius causalitate dependet entitas τ causalitas oium cāꝝ τ ēt entitas oiuz causatorū. est intimi⁹ causato q̄ ipsummet causatū sibi ipsi. τ q̄ ppria sua causa ipsi causato. qz in talibus vbi est ordo τ analogia maxime tenet illa ppositio. vnūqd̄q3 ppter qd̄ τ illud magis. ḡ. Minor p3. Quia deus vt est in creatura p essentiā intimius est in creatura q̄ creatura sibi ipsi. ¶ Scd̄o pbo ppositū. pbando q̄ hec ppositio assumpta est falsa. s. vnūqd̄q3 p̄mo natū est cognosci p intrinseca τc̄. ¶ Ubi est notandū: q̄ (s̄m Aristotelē 2° posterioꝝ. tex. cō. 11) cōtingit demr̄are per quālib3 quatuor causaruz que sunt cause per se. Uerbi grā. si volo demr̄are hanc ɔclōnē q̄ homo est rōnalis. Hoc pbo vni theologo qui cōcedit mihi ppositiones meas p causaz formalez sic. Omne habens aīaz rōnalē est rōnale: hō est hō. ergo. Hoc p3. qz per istud mediū. s. q̄ aīa est causa formalis. cōcludaz q̄ hō est rōnalis. Eodē mō demonstrabo p cām finalē sic. Omne ordinatū ad beatitudinē est rōnale. sed tale est hō. ergo τc̄. Hec est demr̄atio p cām finalē. Ideo arguā etiā p cām efficientē. Omne agēs opōnes rōnales est rōnale: talis est hō. ḡ τc̄. ¶ Ex quo arguo ppositū sic. In oī demonstratione que est p aliquā cāꝝ per se τ a priori: p̄us cognoscitur cā quā effectus. ergo in illa demr̄one que est p cām per se que est simpl'r p̄ma causa. ipsa cā est simpl'r prius nota. Sed vt dictū est ɔtingit demonstrare p oēs causas. τ inter cās cā finalis est simpl'r p̄ma. qz est illa cu⁹ grā agit̄ qcqd agit̄ s̄m phm. 2. phy. tex. cō. 29. Ergo cā finalis cuiusl3 rei create est simpl'r p̄ma: τ p ɔñs simpl'r erit p̄us nota q̄ creatura vel aliqd creature. Sed cā finalis est cā extrinseca. ḡ nō obstāte qd̄ deus sit extrinsecū creature. ipse tn̄ prius natus est cognosci ex phātasmatibus creature. ¶ Et qz istud videt̄ mirabile pbo hoc esse de intentione Aristo. τ Cōmētatoris p̄mo physicoꝝ cōmēto p̄mo. Ubi vult phs q̄ tunc scimus aliqd cū sciuerim⁹ cās eius simplices τ p̄ma p̄ncipia ei⁹ donec perueniam⁹ ad elīta eius. Et ibi vult Cōmē

p essentiā

Arg^m p^m

Arg^m 2^m

Nota 2^m

Tertius articulus. Ubi pmo pono rõnes God. q posita hypothesi q nõ distingueret a filio. imo q nec generare nec spirare differunt realr sic. Quia cũ generare ⁊ spirare nõ habeãt oppositionẽ adinuicẽ. si distinguant opꝫ habere distinctionẽ. Uel ex fundamẽtoꝝ diuersitate (sicut albedo ⁊ quãtitas faciunt distingui silitudinez ⁊ relonẽ equalitatis.) Uel distinctionẽ suppositoꝝ sicut filiationes due in duobus filijs respectu eiusdẽ pris. Uno ergo existente fundamẽto ⁊ supposito in diuinis respectu gnãre ⁊ spirare sequit ⁊c. ¶ Itẽ. Scdo pbat q posita hypothesi idẽ esset realr genitus ⁊ spiratus. Quia posita hypothesi nõ poneret maior distinctio inter filiũ genitũ ⁊ spũz sanctum spiratũ q̃ inter patrẽ spirantẽ ⁊ generantẽ: sed qꝛ spiratio actio ⁊ generatio in pre nõ hñt oppositionẽ originis. iõ nõ faciunt distinctas ꝑsonas. igit cũ inter filiũ ⁊ s. s. nõ est oppositio originis nec esset distinctio ꝑsonalis. ¶ Item. Qñ aliqua duo differunt ꝑ relones disparatas inter se ꝑꝑ diuersos respect⁹ ad diuersa correlatiua ad que hñt habitudinez nisi cũ hoc de se maiorẽ diuersitatẽ importent. ex tali habitudine nõ dꝫ eis maior distinctio attribui q̃ inuenit in illis ad que est talis habitudo. Nam si aliqd vnũ subiectũ ꝑ suã q̃titatẽ sit duplũ ad dimidiũ. ⁊ dissimile per suã qualitatẽ ad nigrũ. ex hoc nõ dꝫ poni maior diuersitas in nigro ⁊ dimidio q̃ sit in duplo ⁊ albo. ⁊ sicut duplũ ⁊ albũ nõ habent oppositionẽ qn insint alicui subiecto. ita nec dimidiũ ⁊ nigrũ. sic ergo si spiratus ⁊ genitus non hñt distinctionẽ nisi sm habitudinẽ ad spiratiuã potẽtiã ⁊ generatiuã nõ est maior distinctio inter generatũ ⁊ spiratuz que sunt supposita. q̃ inter potentiã generatiuã ⁊ spiratiuã: sed ista sũt vna potentia. ergo ⁊c. ⁊ esset in toto simile si albũ ⁊ duplũ causarent nigrũ ⁊ dimidiũ. ¶ Alibi addit argumẽta ꝓ ista parte. Illud qd presupponit distinctionẽ filij a. s. s. per relones oppositas illud nõ distinguit filiũ a. s. s. sed distinctio quã hñt adinuicẽ filius ⁊ s. s. per relonẽ disparationis ꝑsupponit illaz distinctionẽ que est ꝑ relones originis. ergo distinctio per relonẽ disparationis nõ distinguit. Maior pꝫ. qa cã sufficiens alicui⁹ effect⁹ nõ ꝑsupponit aliã cãm. vñ sit ille effectus. Minor pbat. qꝛ distinctio disparationis que est inter spiratũ ⁊ generatũ ꝑsupponit istã distinctionẽ oppositam que est inter gnãtẽ ⁊ genitũ spirãtẽ ⁊ spiratũ. qꝛ illa cõparatio opposita est essentialis in rõne disparationis. aut est accidẽtalis. Ista minor pbat sic. Ab istis per hoc põt conuinci q generari ⁊ spirari distinguunt realr. qꝛ vnum eorũ cõuenit alicui cui nõ cõuenit reliquum: puta generari filio cui nõ cõuenit spirari. ergo ista distinctio relationũ disparatarũ que iportat inter generari ⁊ spirari presupponit filiuz ⁊ s. s. respectu quorũ cõuincat illa distinctio disparata. Sed in quocũqꝫ priori ponit filius ⁊ s. s. necessario ponuntur relones originis opposite qbus genitũ est a generante ⁊ spiratũ a spirante. ergo distinctio disparationis ꝑsupponit relationes oppositas originis. ¶ Item. Sicut in actib⁹ velle presupponit intelligere ⁊ est ab illo. ita in actibus ꝑfectis spirare presupponit verbũ ⁊ est ab eo. igit si non est ab eo nõ est. ¶ Cõfirmat per Anselm. de ꝓcessione. nõ distingueret. s. s. a filio nisi respectu eius esset de⁹ de deo. ¶ Secũdo dico q rõnes clariores ⁊ probabiliores possunt dari ad oppositũ pmo. Quia quo aliqd cõstituit distinguit a quolibꝫ qd nõ est ipsuz. siue sit ꝓpriũ siue disparatũ. tam in absolutis q̃ in respectiuis: ignis enĩz ꝑ illud qd est ignis ita distinguit ab aere ⁊ terra sicut a suo cõtrario. qd imaginat aqua: ⁊ silr nõ solũ per relonẽ silitudinis distinguit ab opposito simili. sed a relone equalitatis: ⁊ mõ potẽtie. ⁊ mõ mensure que sunt disparata. Sed filius cõstituit in diuinis filiatione. ergo nõ solũ in filiatione distingueret a ꝑsona ꝓcedẽte ab eo habente oppositã relonẽ ad eũ sed qualibet alia posita habente disparatã relonẽ: vt puta. si a solo patre ꝓcedente.

Arg^m 2^m

¶ Itẽ. Si pater nõ spiret sed solus filius adhuc. s. s. distingueret a patre. quia. s. s. haberet relationẽ cõstitutiuam qua esset ab alio ⁊ pater nõ haberet aliam talem: sed hoc posito. s. s. nõ haberet oppositam relonez ad prez sed disparatã. ergo relationes disparate possunt distinguere.

Rñsio.

¶ Ad illud rñdẽt: q lꝫ ꝓcederet imediate a solo filio. tñ mediate a patre: ⁊ ita distingueret. s. s. a pre ꝑ relonẽ originis lꝫ mediãte origine filij: sed si nõ ꝓcederet a filio tolleret ois oppositio relonis ad filiũ: ⁊ ꝑ ꝯñs distinctio.

Reproba tur.

¶ Cõtra. Hec rñsio dat ꝓpositũ. Quia aut intelligũt q. s. s. distingueret mediate ꝑ originẽ a pre ita q originet ab eo lꝫ mediante filio: sꝫ tunc accipiunt 3riũ posito. ponit enĩz esse a solo filio ⁊ non a patre. Si aũt intelligant q posita hypothesi adhuc distingueret a pre mediante filio. nõ qꝛ oriret a pre. sꝫ a filio solum sed cũ oriret a filio ⁊ nõ a pre tũc spiritus. s. nunq̃ oppositionẽ hꝫ ad prem. sed ad filiũ. ⁊ tñ distinguit ergo relone sola disparata. sic ergo esse poterit inter filiũ ⁊ s. s.

Arg^m 2^m

Arg^m 2^m

¶ Itẽ. Que minus differũt aliqñ sunt magis incõpossibilia q̃ que magis differũt. Uerbi grã. albedo minus ⁊ albedo magis sũt incõpossibilia in eodẽ subiecto q̃ albedo ⁊ dulcedo: ita lꝫ q equalr differãt generare ⁊ spirare ⁊ generari ⁊ spirari. tñ generari ⁊ spirari sunt incõpossibilia in eodẽ subiecto. non tñ gnãre ⁊ spirare. pbo. Quia lꝫ cõicare nãm modis 3rijs nõ sit habere nãm modis 3rijs. tñ nãm cõicari modis cõtrarijs est habere eã modis 3rijs. cũ ergo generari ⁊ spirari dicit nãm cõicari modis 3rijs. si possent esse generari ⁊ spirari in eodẽ supposito. tũc idẽ suppositũ haberet nãz diuinã modis 3rijs. nõ aũt seqt hoc ipoẽ si gnãre ⁊ spirare sũt in eodẽ supposito. ergo ista nõ cõpatiunt se in eodẽ supposito. s. generari ⁊ spirari. ⁊ sic habet ꝓpositũ. q si. s. s. esset spiratus a solo filio adhuc distingueret ab eo.

Arg^m 3^m

¶ Itẽ. Qñ due ꝓductiones sunt hypostatice siue substãtiue. ꝓductũ per vnaz hõ ꝓductionẽ nunq̃ põt ꝓduci in alio siue ꝓducat ab vno siue a duob⁹. imo nec hõ ꝓducta pñt ꝓduci in tertio: pꝫ per oppositũ. Qñ enim ꝓductiones sunt qualificatiue tũc vnũ ꝓductũ põt produci in vno aut ambo in tertio. siue etiam producat ab vno siue a duobus. quia albedo ⁊ figura vnũ potest ꝓduci in vno ⁊ ambo in tertio. siue ꝓducant ab vno siue a duobus. Sed planũ est ⁊ vt supponit in hypothesi q ꝓductio filij ⁊ spũs. s. sunt hypostatice ꝓductiones. ergo siue. s. s. ꝓcedit ab vno siue a duobus semꝑ spiritus sanctus erit vnũ per se ꝓductũ ⁊ per se subsistẽs ⁊ nõ subsistens in alio: ⁊ ita suppositũ distinctũ a filio.

Arg^m 4^m

¶ Itez. Distincta sm rõnẽ nunq̃ distinguunt nisi respectu aliquoꝝ distinctoruz sm rem: patet de dextro ⁊ sinistro in columna. Sed posita hypothesi in pre erũt emanationes distincte. ⁊ distincte potentie. saltẽ sm rõnẽ. ergo (cũ in diuinis nõ pñt assignari realr correspondentia nisi terminũ illarum emanationũ) sequit propositum.

Arg^m 5^m

¶ Item. Nõ solũ illa que dicunt ꝑfectionem in nobis ꝯcedunt in deo. sꝫ ẽt modus istaꝝ ꝑfectionũ cõcedit in deo. si ille modus dicat ꝑfectionẽ: sicut enĩz ꝯcedim⁹ in deo intelligere ita ꝯcedimus in deo formalẽ rõnẽ eius. qꝛ formalis rõ eius dicit ꝑfectionẽ. Sed intelligere ⁊ velle q̃ in nobis ꝑfectionẽ dicũt ꝯcedunt in deo ⁊ modus istaꝝ ꝑfectionũ est q vterqꝫ actus hꝫ suum ꝓpriũ terminũ: ⁊ hoc

est perfectionis in eis quia si terminū eo℞ inuicē cōfunde rentur esset imperfectionis.ergo si ex hypothesi ponat̄ q̄ in solo patre voluntas habet suū perfectū velle sicut in pa tre intellectus habet suū perfectū intelligere.necessario se quit̄ q̄ sicut per intelligere habet̄ suus ꝓprius termin⁹ qđ est verbū.ita per velle habebit̄ ꝓprius terminus ꝛ distin ctus qui est.s.s. ¶ Itē. Posita hypothesi pater remaneret oipotens q2 in hypothesi supponit̄ q̄ pater manet deus:sꝫ nō esset omnipotens nisi posset producere distincta suppo sita.igit̄. ꝓbo minorem. Quia nō esset oipotens nisi posset ꝓducere oia que in rerū natura sunt ꝓducibilia:sed certuꝫ est q̄ in re℞ natura talia plura sunt producibilia ꝛ hoc etiā manifeste supponit̄ in hypothesi.aliter eniꝫ questio nō ha beret formā.ergo ꝛc. ¶ Item relationes opposite que nūc sunt de facto remanerent.remanerent enim generare ꝛ spi rare per positū.ꝛ generari ꝛ spirari.ergo tria supposita di stincta. ¶ Item. Prius est intelligere patrē ingenitū q̄ȝ ge nerare.q2 si nō generaret adhuc esset ingenitus.5.de trini.ꝫ eadē ratione prius est intelligere filiū genitū q̄ȝ spirare.qa qua rōne cōcedi pōt q̄ si pater non generaret adhuc esset ingenitus.eadē rōne pōt cōcedi q̄ si filius nō spiraret.ad huc esset filius. Sed si pōt esse filius ꝛ nō spiret.ergo posi to actu spirandi in quocūqꝫ ꝛ ipso non spirante adhuc erit filius:ꝛ per ꝯñs distinctus a tali spirato. ¶ Cōcordat Sco tus.q.2.dis.2.ꝛ Henri.quol.5.q.9.

Arg^m 6^m · Arg^m 7^m · Arg^m 8^m

Ad argu. Godofr. Ad pˀmū.

Ad argumenta alterius. Ad pᵐ cum dī q̄ potē tia generatiua ꝛ spiratiua nō di stinguunt̄ nisi rōne. Dī q̄ sic.per reLones disparatas. Et qñ dicitur q̄ nō distinguunt̄ nisi ex diuersis fundamentis ꝛc. Dicit̄ q̄ imo ex diuerso mō fundandi:pꝫ in simili.qñ duo calida referunt̄ supposita relatione fundata in calore. Uno modo actiui ꝛ passiui que est mō potentie. Alio mō relatio ne similitudinis que est nō vnius. ¶ Ad 2ᵐ cū dī q̄ genit⁹ ꝛ spiratus nō differunt plus q̄ȝ generans ꝛ spirans. Dico q̄ lꝫ equal̄r differāt inter se tñ sunt magis incōpossibilia vni ꝛ eidē vt dictū est:q2 lꝫ duo actus possunt esse ab eodē agē te.non tñ possunt terminari ad idem productum.nec due actiones ꝛc.vt supra tertio argumento. ¶ Ad 3ᵐ cuꝫ dicit̄ q̄ sicut duplū ꝛ albū se cōpatiunt̄ in eodē supposito:ita di midium ꝛ nigrū ꝛ sic in ꝓposito dōm:q̄ ve℞ est nisi aliud obstet:si autē vnū suppositū inquātū duplum produceret dimidiū ad qđ refert̄ ꝛ idē suppositū inquātū albū ꝓduce ret nigrū ad qđ refertur.tunc esset īpossibile q̄ dimidiuꝫ ꝛ nigrū essent in eodem supposito:ꝛ sic est in ꝓposito vt di ctuꝫ est. ¶ Ad 4ᵐ dico q̄ minor est falsa. Ad ꝓbationem eorū dico q̄ ꝓcedit ex falsa imaginatione.imaginant̄ eniꝫ q̄ relatio disparationis ipsius ꝛ generari sit differens a re latione sua qua opponit̄ ad spirare accidental̄r consequēs ipsaꝫ.sicut risibile sequit̄ hoieꝫ.qđ falsuꝫ est. Est enim ideꝫ realiter:ita q̄ relatio vt disparata nō dicit super reLonē vt est opposita aliā rem sed solū eandē rem aliter nominatā: sicut affirmatio ꝛ negatio:sicut enim hō per humanitatem est hō.ita per humanitatē nō est asinus.lꝫ differt ab asino. eodē modo filius dī per generari ad p̄rem ꝛ per generari non est.s.s.sed differt ab eo relatione disparationis. Ad for maꝫ ergo argumenti qñ dī.q̄ reLo disparationis presuppo nit reLonē.vnde opposita. Negat̄:imo sunt eadē res. Et qñ dī vna cōuertit̄ cū alia. Dico q̄ hoc non est.quasi per aliā rem sed per eandē aliter nominatā sicut hic hō nō est asi nus.ꝛ vl̄r sicut negatio ꝓbat̄ ꝑ affirmationeꝫ. ¶ Pro ista solutione ꝛ oīum precedentiū recurre ad dis.10.arti.p.ꝛ ibi videbis quomodo non distinguit disparata ratione dispa rationis.sed ratione oppositionis incluse.

Ad scdm. · Ad tertiū · Ad q̄rtuꝫ

Sequitur de quarto arti. Ubi dico q̄ nō īpedit̄ per hoc q̄ persona filij destrueretur per istaꝫ hypothesim. ¶ Dicunt eniꝫ q̄dā Aureolus.q̄ posita hypo thesi non distinguitur personalitas:qđ sic imaginant̄. Po tentia enim spiratiua simul cū filiatione pertinēt ad consti tutionē filij.si ergo potētia spiratiua poneret̄ in solo patre. sequit̄ q̄ destruit̄ persona filij:ꝛ per ꝯñs nō remaneret ꝑso naliter distincta a.s.s. Ma.ꝓbat dis.2.q.1.arti.3.ꝓpositio ne.3. Si enim spiratio nō pertinet.ergo non hꝫ eandē vni tatem ꝛ in diuisioneꝫ cum filiatione.sed distinguit̄ aliquo modo:hoc falsum est q2 esset compositio.ꝓbatio. Quia qđ aduenit entitati aut vnitati que dicit perseitatē tertij modi dicit cōpositionē cū eo:sed si sola filiatio constituit filium tunc filiatio dicit entitatē que dicit perseitatem tertij modi ꝛ tūc tali entitati perseitatis aduenit spiratio actio.igit̄ ꝛc. ¶ Item. Si spiratio actio non sit intrinseca personalitati. ergo assistit sibi:hic est error porretani. ¶ Item Augusti nus frequenter dicit q̄ sola trinitate est fruendū. Et de do ctrina christiana.c.1.dicit q̄ res q̄bus fruendū est.sunt pa ter ꝛc.sed ipsa spiratiue actiua est fruendū.ergo intrinsece partium ad trinitatem. Mi.patet. Est enim ꝓprietas vna in personis:sed in personis adorat̄ indistincte qualꝫ ꝓprie tas vt canit ecclesia. ¶ Cōfirmat̄.qa si spiratio actio non sit intrinseca personalitati ꝛ est aliq̄d reale.est enim illud ꝑ qđ ꝓducit̄.s.s. Aut ergo erit res qua vtendū:hoc est falsuꝫ. q2 nihil qđ est reale in deo est vtendū. Aut que fruendum: hoc etiam est falsum.quia tunc due reLones fruibilitatis ꝛ duo quibus fruendū.erunt in filio.ꝛ tñ.s.s.tm̄modo vnum. qđ est absurdū.q2 esset minus fruibile q̄ȝ filius. ¶ Itē. Ea dem cōmunicatione indiuisibili cōmunicat̄ filio.spiratio actio.qua essentia ꝛ eodeꝫ ordine.i.sine oi priori ꝛ posterio ri:sed hoc nō esset veruꝫ si spiratio actio superueniret sup posito filio p̄us cōstituto.q2 essentia cōmunicat̄ filio tanq̄ȝ illud qđ pertinet ad eius intrinsecā personalitatē.ꝛ nō tanq̄ȝ aliq̄d superueniens supposito iam constituto.ergo ꝓbatio ma. Eadē eniꝫ cōmunicatione indiuisibili qua filio cōmu nicat essentiā cōicat sibi oē illud in quo nō opponit̄ sibi:sꝫ in spiratione actiua nō opponit̄. ¶ Propter ista tenet etiā q̄ spirare pertinet ad personalitateꝫ patris. ¶ Addunt in fine.q̄ personalitas filij non est effectus formalis filiatio nis tanq̄ȝ effectus cuiusdā vnius forme.sicut esse album re spectu albedinis:sed est aliquid resultans. Sicut enim cō muniter dicimus q̄ forma domus est forma quedā que re sultat ex pluribus.s.fundamento.parietibus.ꝛ tecto.sic rō personalitatis que non est aliud q̄ȝ perseitas tertij modi dī resultare ex essentia ꝛ generatione passiua ꝛ spiratiōe acti ua.pro eo q̄ nullū istorū hꝫ vnitatē per se.sed constituunt eandē vnitatē aut perseitateꝫ. Et addit. Qz tñ filiatio a do ctoribus dicatur ratio formalis:hoc nō est q̄ sit forma sed quodā modo p̄ncipale eo mō quo tectū in domo. ¶ Iteꝫ. Illud cōstituit personal̄r quo ablato destruit̄ persona:sed si filius in diuinis nō haberet potentiā spiratiuā nō rema neret filius.sicut nec ipse remaneret deus.igit̄.

Aureo. · Arg^m pᵐ · Arg^m 2^m · Arg^m 3^m · Arg^m 4^m · Arg^m 5^m · Arg^m 6^m

Contra istam op.p̄mo ostendo q̄ nō est nisi fuga dif ficultatis in q̄ōne. Ubi est notandum.q̄ oēs doctores querentes istā q̄ōneꝫ faciunt difficultatē propter errorē grecorū ortū a cōcilio Niceno q̄ tenēt trinitatē per sonarū negātes.s.s.ꝓcedere a filio. Et tunc sup hoc docto res mouent q̄ōnē. An hoc cōcesso q̄ nos cōcedimus cum grecis.videlꝫ q̄ p̄r ꝓducit filiū:ꝛ q̄ sunt duo supposita en tia in rerū nā.s.p̄r.ꝛ filius. An sic posita existentia vtriusqꝫ persone:si tūc posito per possibile vel īpossibile.q̄ fili⁹ nō spiraret cū patre.s.s.an.s.s.posset esse tertium suppositū di stinctū in diuinis ab aliqs duabus iaꝫ existibus. Ita q̄ tota difficultas doctorū est de persona.s.s. An.s.s.esset vna perso na in diuinis posita hypothesi de existentia vtriusqꝫ:ꝛ q̄ non ꝓcederet ab vtroqꝫ. Tunc arguo. ¶ Tota difficultas doctorum

Reprobatur. Aureo. · Arg^m pᵐ

doctorū est circa personā.s.an eius suppositū destrueret per positionē grecorum.vel nō.Si nō.pater ꝛ filius ambo eēnt persone existētes in rez natura sz altera sola spiraret. Sz ista nouella opi.fugit ad hoc difficile ꝛ vadit ꝯtra hypothesim ad ꝑsonā filij dicēdo.ꝙ destrueretur.ergo clare pz ꝙ non est nisi fuga difficultatis.

Argᵐ 2ᵐ

℄ Itē.Illud magis appebit simplr.arguēdo cōtra opi.qn̄ soluunt argu.eorum.℄ Scđo ostēdo ꝙ illud ad qđ fugiūt est falsū.vz ꝙ potētia spiratiua ꝑtinet ad constitutionez.qꝛ illud non ꝑtinet ad constitutionem incōicabilē siue personalē qđ est cōe plurib⁹ personis:qđ pz in diffinitiōe ꝑsone que dicit.ꝙ ꝑsona est incōicabilis existētia:sed potētia spiratiua est cōis patri ꝛ filio.ergo ꝛc.

Rñsio

℄ Isti videnē dicere ꝙ lz potētia spiratiua est cōis patri ꝛ filio.tn̄ vt est in patre dicit aliā īdiuisionē ꝛ aliā vt in filio. Et vocāt isti aliā ꝛ aliā indiuisionē:qđ alij vocāt aliā ꝛ aliā formalē rōnem.ꝛ tunc dicunt alio ꝛ alio mō in diuinis potētia spiratiua pōt eē aliqd incōicabile in patre ꝛ aliqd incōicabile in filio.

Reprobatur.

Arg. pᵐ

℄ Contra hoc arguo sic.Isti doctores ponētes istā indiuisionē vocāt indiuisionē vnitatē.ita ꝙ qͥlibet rō que est vna in diuinis hz habere suā īdiuisionē.Qꝛ vt dicūt vna vnitate absoluta.ideo eēntia est indiuisa in diuisione absoluta:ꝛ relō in diuinis.qꝛ hz vnaz rōnē.s.ad aliquid.ideo dicit in diuinis relō indiuisa in distōne relatiua. Sz potētia spiratiua ex ꝑte relōnis est vna ꝛ cōis patri ꝛ filio.ergo repugnat potentie spiratiue.ꝙ quocūqꝫ mō cogitabili possit distigui in plures īdiuisiōes:imo h est simplr destruere potentiā spiratiuā.Et declarat ratio ꝑ ꝑncipia istorū.Eēntia diuina eo ꝙ est cōis oībus ꝑsonis repugnat sibi ꝙ ipsa diuidat in plures indiuisiōes.ita ꝙ ille indiuisiōes psit ꝑtinere ad distinctas ꝯstitutiones personaꝝ.sz ipa semper remanet indiuisa indiuisiōe eēntie.Sz potētia spiratiua est vna vnitate cōitatis in patre ꝛ filio.ita ꝙ vnitas cōitatis est rō per quā ipa est potētia spiratiua.Et iō doctores ꝛ decretalis de sum.tri.ꝛ fi.ca.fideli.saluat ꝙ pr̄ ꝛ fili⁹ sunt vnus spirator pp vnitatē potētie spiratiue cōis vtriqꝫ.Igitur repugnat potētie spiratiue.ꝙ ipsa diuidat in plures diuisiones ꝑtinētes ad cōstitutionē filij.

Ad pmā Aureo.

℄ Argumēta que ponam pro opi.mea efficacius reprobabūt.Prius tn̄ ondo ꝙ argu.istorū nō cōcludunt. Non pmū qꝛ ꝯcesso ꝙ spiratio actio nō hēat eandē īdiuisionē cū filiatione tn̄ absolute vt ꝯparant ad eēntiā.sunt idē eēntie realr.et sic fz istā ꝯpōnē iter se sūt eadē realr:qꝛ qͣcūqꝫ vni ꝛ eidē sūt eadē pͥ phy.4.cō.17.ꝛ ꝑ elēch.ca.4.ꝛc.ꝛ sic est idētitatis nō ꝯpositio.Si ēt ꝯparant adinuicē vtroqꝫ retinēte suā hitudinē ad oppositū nō sequit cōpositio:qꝛ pluralitas relōnuz disperatarū in aliquo nō arguet cōpositionē vbi oēs sunt idē realr fundamēto.De hoc dis.10.arti.1.

Ad 2ᵐ

℄ Nec mouet 2ᵐ.qꝛ Petretanus posuit ꝙ sic erat assistēs relō ꝙ nec eēt in fundamento:nos vo ponimus ꝙ est in fundamēto ꝑ identitatē ꝛ hoc siue cōparet ad essentiā absolute siue ꝯparetur ad aliā relationē ꝛ ita spiratio nullo mō erit assistēs.

Ad tertiū

℄ Nec tertiū.Qꝛ si ponamus trinitatē personarū ꝑtinere ad pmū obm fruitionis siue scđariū.adhuc sequeretur.ꝙ spiratiōe actiua est fruendū posito ꝙ nō sit de per se rōne ꝯstituta filij.qꝛ hoc posito adhuc relatiue di ad spirati:sed impoīe est frui vno relatiuorū nō fruēdo alio.ergo ꝛc.℄ Et qn̄ di sola trinitas est fruendū.Dicit ꝙ verū est:sic tn̄.ꝙ ly sola.non excludit fruitionē eorū que eadē nc̄citate fruunt. Nec valet modꝫ confirmatiōis qꝛ nihil ꝓhibet ꝙ filius plurib⁹ sit fruibilis s.sicut nihil ꝓhibet ꝙ plures hz relōnes.Et hoc loquēdo de fruibilitate relonum vt hic loqmur.

Ad 4ᵐ

℄ Nec quartū.Qꝛ maior que dicit.ꝙ fil ꝛ eodē ordine cōicat filio eēntia ꝛ spiratio actio est falsa.Qꝛ pmū in illo ordine est eēntia que hz relōnem fundamēti.ꝛ 2ᵐ est relō fundata.℄ Et qn̄ dicit. ꝙ illa cōicatio est indiuisibilis qua vtrūqꝫ cōicatur.Verūz est quātū ad ipaz cōicatonē qua vna est respectu vtriusqꝫ. est tn̄ diuisibilis quo ad ordinē cōicatorū.qꝛ primū est eēntia:ꝯsequēs est relō.

Ad qntū.

℄ Illud ēt qđ addūt ꝙ ꝑsonalitas est forma resultans nō est verū.Forma eniz resultās solū hz locū in entib⁹ qbusdā per accn̄s:vt in domo.ꝛ in archa.ꝛ hō. in qbus forma nō ꝑsupponit ꝯpositioni sz resultat ex ꝯpositione.In ijs autē in qbus forma ꝑsupponitur ꝯpositioni nūqꝫ vocat resultās vt in hoīe ꝛ albo.Cū eniz in diuinis ꝑsona nō est ens ꝑ accn̄s.imo formalis rō ꝑ se ꝑexigit ꝯstitutioni ꝑ se eodē mō loquēdo ꝙ ꝑncipiū forme ꝑexigitur cōstituto ꝑ ipsuz.seqtur ergo ꝙ nō est forma resultās.

Instantia

℄ Dices semꝑ videt ꝙ si sit adueniēs supposito filij ꝙ erit accidēs.

Solutio.

℄ Verū est si sic aduenerit ꝙ ꝯpata ad suppositū nō trāsiret ꝑ idētitatē in ipm.De hoc diffuse dis.10.arti.1.Videt igitur ꝙ spiratio actio nō ꝑtinet intrinsece ad formalē rōnez ꝯstitutiuā filij:qꝛ qđ seqtur suppositū nō ꝯstituit ipz: sed actio seqtur suppositū agēs.ergo spiratio nō ꝯstituit:ꝓbatio mioris.Qꝛ qđ nō est suppositū nō pōt agere actionē suppositalē:sz illud est pmū respectu alteri⁹ sup quo aliud nō pōt esse ꝛ illud aliud est scđm ꝛ sequēs.ergo.℄ Scđo aūt pro opione mea arguo.Ubi pmitto ꝙ vbi sunt due ꝓductiones quarū vna est mō nature.ꝛ altera modo libertatis qͣuis illa mō nāe.fm aliqͦs.nō sit ꝑor illa q̄ ē mō libtatis tn̄ tota theologia ꝯcedit ꝙ illa q̄ ē mō nāe ē pͥ ꝛ illa q̄ ē mō libertatis est scđa.theologia tota eniz cōcedit in diuis pᵐᵐ.ꝛ scđam.ꝛ tertiā personā.lz aliqui negant ibi pͥus ꝛ posteri⁹. Sed generatio filij est modo nature.ꝛ ꝓductio spiritus sancti est modo libertatis.ergo generatio filij ē pma ꝓductio.

Argᵐ pᵐ

Tunc arguo sic.Productio filij est pma ꝓductio.ꝛ cuz exclusio ista sit.ꝙ ipsa nō est scđa ꝓductio in diuinis.nec actu nec aptitudie.Sed pma ꝓductio que est sic est pma ꝙ excludit scđaz omnino.necessario hz terminū pmū sibi correspondentē.qui terminus excludit scđaz ꝓductionē oīno: qꝛ postqͣ ponit pma ꝓductio opz habere primū terminū sibi corn̄dentez(alr eniz eēt ꝓductio sine ꝓducto)ꝛ postqͣ ponit exclusio in ꝓductione pma respectu scđe.opz scđam excludi alr eēt ꝑcisio sine ꝑciso.ꝛ exclusio sine excluso.ergo generatio patris hz terminū ꝛ nō aliū qͣ filiū.exclusa oī 2ª ꝓductione.ꝛ oīno.Et certū est.ꝙ qͣdiu oīno excludit 2ª ꝓductio q̄ ē ꝑ modū amoris ꝛ libtatis.excludit vis spiratiua. qͣ vis spiratiua cōstat in mutuo amore.ergo per primā ꝓductionē producit persona filij exclusa oīno vi spiratiua:ꝛ ita hētur propositū.ꝙ nō ꝑtinet ad eius constitutionē.

Argᵐ 2ᵐ

℄ Itē. Potētia spiratiua nō ꝑtinet ad ꝯstitutionē patris.ergo nec ad constitutionē filij.Probatio ꝯñtie quā tn̄ cōcedūt.ꝛ ꝓbatur sic.Qꝛ vbicūqꝫ est productio qua producit termin⁹ adequatus opz ibi esse cōmensurationē adequatiōis ꝛ mutuā inter ꝓducens ꝛ productū.si ergo paternitas ꝛ generare precise ꝑtinet ad constitutionē patris exclusa vi spiratiua.ergo opz sic cōmensurare in filio ꝓducto ꝙ filiatio siue generari precise constituit filiū exclusa vi spiratiua.Probatio aīcedentis.Quia si vis spiratiua pertinet ad cōstitutionē patris.seqtur ꝙ persona filij est pma persona in diuinis.ꝛ persona patris scđa.Probatio huius.Qꝛ vis spiratiua inquātū huius nō est aliqd in rerū nā nisi iō existe filio. qꝛ ipsa est cōis notio patris ꝛ filij:sz eo ipso quo vis spiratiua exigit ꝑsonā filij existem persona filij cōparata ad vim spiratiuā hz rōnem pmi ꝛ vis spiratiua hz rōnem scđi:si ergo persona patris ꝯstituitur per vim spiratiuā.seqtur ꝙ pater est scđa ꝑsona ꝛ filius pma.Minor pz.Qꝛ eo ipso quo ꝯceditur ꝙ existētia eēntie in diuinis facit ad fundationē relationis ex natura terminorū cōceditur ꝙ essentia est prima ꝛ relatio scđa.ergo eodem modo cū concedit in diuinis ꝙ existētia filij facit ad fundandū relōnem potētie spiratiue ꝛ hoc nō soluz per modū fundamēti.sed per modū suppo

sti fundantis. sequitur necessario q persona filij est prima et vis spiratiua secunda. ¶ Item. Sequuntur ex isto contradictoria. Quia vt deductum est. sequitur q persona patris est secunda. Et ex hoc q vis spiratiua ponitur cois notio patris et filij: eo ipso ponitur pater prima persona quia vbicunqz nominatur pater et filius. pater importat paternitatem: et ita sequuntur incompossibilia s. q pater est 2a persona. et non prima persona. ¶ Quarto sic. Quod aduenit personis constitutis non pertinet ad constitutionem earum: sic se hz vis spiratiua patris et filij. ergo. Mi. probatur. Aliter enim paternitas et filiatio essent quedam entia imperfecta: probo. Quod ponitur in diuinis ad aliquem effectum si non habeat suum complementum. in diuinis erit imperfecte: vt pz de attributis. si enim potentia in diuinis non posset esse principium agendi esset imperfecte. Sz paternitas et filiatio ponuntur ad istum effectum. quod est constituere personas aliquo modo. etiam secundum istos. Ergo nisi totaliter et completiue erunt constituentia imperfecta. ¶ Item. Illud non pertinet ad constitutionem suppositalem filij quo ablato et quodam alio posito adhuc erit suppositum filij. nunquam enim posses probare q paries esset albus per albedinem nisi quia posita in eo albedine ipse est albus et quocunqz alio colore posito non esset albus. Sed posito q filius non spiret et q generet erit suppositum. ergo etc. Probatio minoris ex triplici ratione suppositi. Primo. quia in diuinis suppositum vocatur quod est incommunicabile: sed si non spiret sz generet manet aliquid incommunicabile. s. generatio. ergo. Secundo. Socrates (quia omne genitum generatione substantiali tanqz quod et non tanqz quo tamen) est suppositum. et ideo dicit arist. 7. meta. tex. co. 27. q non generatur homo. sz iste homo Callias, aut Socrates que sunt supposita. humanitas vero aliquo modo est quo: sed concesso q filius non spiret sz q generet. filius generabit generatione illa vt quod. non vt quo tamen: quia hoc posito non erit terminus adequatus. sicut Socrates. Tertio sic probatur. Productum per se perseitate tertij modi et non in alio. est suppositum: sed si filius non spiret sed generet non producitur in aliquo per se (vt pz) sed per se perseitate tertij modi: quia ex quo producitur et non inherenter. sequitur q est productum per se. ergo etc. ¶ Ad vltimum argumentum facile est respondere. Vbi est notandum (vt tactum est) q hic non est difficultas quantum ad ordinem qui modo est de facto in diuinis. quia certum est modo de facto q filius spirat. et etiam est certum q si non spiret auferretur sibi esse deum. ergo est difficultas: quia si poneretur in esse personali et non spiraret sicut ponunt greci. an hypothesi posita esset aliqua repugnantia terminorum. qn. s. s. esset vnum 3m suppositum distinctum in diuinis. posito q solus pater spiret. Tunc ad formam argumenti quo probatur q potentia spiratiua pertinet ad constitutionem filij quia vis spiratiua ablata a filio destruit suppositum filij. Dico q si loqueris de ordine qui modo est. q est verum q destrueretur. sz tunc maior propositio est falsa. vz q illud constituit suppositum quo ablato ipsum destruitur: si n. quantum ad ordinem qui modo est de facto auferretur a filio quodcunqz attributum destrueretur filius. imo nec remaneret deus. nullum tamen attributum constituit filium: si autem loqueris de posi quam ponitur ex hypothesi. tunc dico q minor est falsa que dicit q si filius in diuinis non haberet vim spiratiuam destrueretur.

Aureo. Arg. 1m **Quintus** articulus. Vbi dicit Aureolus propositione 4. q posita hypothesi non distingueretur personaliter a filio. quia persona filij designaret esse: auferretur enim a filio spirare. quod pertinet ad eius constitutionem: vt probatum est. Sed vt dicit. sz persona filij designaret esse. persona tamen in filio remaneret aliquid reale secundum q distingueretur a. s. s. vz. generari. quod est impossibile cum spirari. ¶ Hoc probat sic ibi circa medium. Vbi sunt due passiue productiones impossibile est q attingant idem productum. Sed si. s. s. non procederet a filio generari et spirari essent in deo distincte productiones secundum Anselmum de processu. s. s. capi. 2. vnus enim ex deo est nascendo. et alius procedendo. ergo etc. Alia argumenta vide ibi. ¶ Sz iste due conclusiones contradicunt: quod n. in natura rationali desinit esse persona desinit esse

Secundum — Reprobatur. — Arg. 1m

distinctum in esse distincto reali ab aliquo: sed per te in primo dicto si. s. s. non procedit a filio. filius in diuinis vbi natura est rationalis desinit persona esse. ergo ex hac hypothesi posita desinit distingui realiter a. s. s. cuius contrarium dicis in 2o dicto. Probatio maioris. Quia persona est nature rationalis incommunicabilis existentia. ergo ablata personalitate in natura rationali aufertur incommunicabilitas. Sz incommunicabilitate ablata desinit distinctio. ergo quod in natura rationali desinit persona esse desinit esse distinctum. ¶ Item. Hoc arguo argumento eorum. Si s. s. non procederet a filio adhuc distingueretur realiter sicut genitum a spirato per eos: sed hoc distinguitur personaliter. ergo concedendo primum et negando 2m contradicunt. Probatio mi. s. s. non est persona quia spiritus sed quia spiritus in natura rationali. et eadem ratio est de genito. cum ergo concedatur filium genitum esse in diuinis vbi est natura rationalis, sequitur q erit persona. ¶ Ideo mihi videtur q posita hypothesi etiam distingueretur a filio personaliter. non tamen distingueretur ab eo (sicut persona que modo de facto vocatur. s. s.) sz sicut secundus filius. et tanqz frater primi. ¶ Quod probatur. Quia. s. s. non dicitur modo distincta persona a filio nisi quia est a duobus: sed posita hypothesi non procederet a duobus. ergo non distingueretur a filio tanqz. s. s. sed quasi frater eius. Istam rationem ponit Aug. 15. de tri. ca. vltimo vbi loquitur de distinctione istarum. querens cur non dicatur natus sed procedere. s. s. Respondet. q si diceretur natus vel filius. amborum diceretur filius. quod absurdum est. quia nullus duorum est nisi patris et matris. Tunc arguo. Tota ratio quam assignat quare est. s. s. et non filius: est. quia amborum est. ergo da oppositum. q sit ab altero. tunc non poterit esse. s. s. sed filius. ¶ Item. Ibidem subdit Aug. attolle oculos in spem lucem et eos in ea fige si potes et videbis quid distat natiuitas verbi a processione doni dei et videbis propter quod donum non de patre est genitum. alioquin frater eius esset: sz procedere dicit. s. s. vnde cum sit communio quedam consubstantialis patris et filij amborum spiritus. non amborum (quod absit) est dictus filius. Nota expresse quod ex hoc q conuincit q est. s. s. et non frater primi filij quia communio quedam consubstantialis patris et filij amborum spiritus. Ergo da oppositum et sequitur q est etc. ¶ Item. Probo per rationem q. s. s. solum distingueretur a filio qui est verbum in hoc q ipse esset vere filius qui esset amor vel donum. Ad quod suppono illud quod dictum est di. 10. ar. 4. Quia voluntas notionalis est principium producendi. s. s. qui est deus. non sub precisa ratione voluntatis. sz inquantum hz vim communicandi substantiam: et eodem modo de intellectu notionali respectu filij. Tunc arguo. Si. s. s. procederet a sola voluntate patris sicut filius procedit a solo intellectu patris. non plus conueniret voluntas a patre vt appropriaretur patri quam nunc conuenit intellectus vt appropriatur patri: sz intellectus per hoc q appropriatur et fit notionalis in eo. non plus hz nisi q verbum suum producit in similitudine nature ad patrem et consubstantiale ei. quam non plus conueniret voluntas. nisi q amor vel donum suum procederet in similitudine nature ad patrem et consubstantiale ei. Sz ex hoc q procederet in similitudine nature non differret eius processio a generatione. quia generatio est de filiis filia procreans. nec per consequens terminus illius processionis differret a termino generationis qui est filius et sic ambo essent filij. ergo si aliqua distinctio remaneret inter eos hoc erit inquantum prima persona erit filius talis qui procedit ab intellectu et est verbum. et 2a persona est filius talis qui procedit a voluntate. et est donum vel amor.

Arg. 2m — Opinio auctoris. — Arg. 1m — Arg. 2m — Arg. 3m

¶ Distinctio. XIIII. ¶ Questio. I.

¶ Preterea diligenter annotandum est q gemina est processio spiritus sancti eterna. vz que ineffabilis est qua a patre et filio eternaliter et sine tempore processit etc.

In distin. 14. agit magister de donis s. s. Vbi primo quero. Vtrum charitas in quo omnia donantur secundum glosam prime ad Cor. 13. per eundem modum sit necesse charitatem suscipere magis et minus quo alie qualitates et videtur q sic. Quia secundum charitatem magis

et minus

⁊ min⁹ chari dicimur:sicut ſm albedinē magis ⁊ min⁹ albi dicimur.⁊ ſic de alijs.Sed ideo albedo ponit̄ in ꝑdicamē tis ſuſcipere magis ⁊ minus q2 ſm albedinez magis ⁊ minus albi dicimur.ergo ⁊c̄.

Contra. Charitas eſt habit⁹ ſupernaturalis. alie ſunt qualitates.ergo non ſimilis ratio.

Hic ſex. Primo oſtendā quid eſt ſuſcipere magis ⁊ minus.¶ Secūdo qbus ſpēbus qualitatis cōuenit.¶ Tertio ꝙ omnis modus ſuſcipiēdi magis ⁊ min⁹ reducitur ad iſtos duos.ſ.ſuſcipere magis ⁊ minus in eſſe vel eēntia.¶ Quarto ꝙ quecūq3 ſuſcipiūt magis ⁊ minus in eē ſuſcipiunt ⁊ in eēntia.¶ Quinto ex oibus cōuincā quid eſt ꝑciſa ratio ſuſcipiendi magis ⁊ minus.¶ Sexto ad qōnez.

Primus articulus. Quid eſt ſuſcipere magis ⁊ minus.Ubi dico ꝙ aliud eſt extēdi ⁊ itēdi in qualitate:qḋ p3.Q2 frequēter extendit̄ qḋ nō intendit̄.ſicut qñ ſpargitur nix vel lux.ergo extēdi hic eſt ſuſcipere magis ⁊ minus ſm dilatationē forme.⁊ ſm eē.⁊ ſm eſſentiā.ergo ꝓportionalr̄ itendi ⁊ remitti hic eſt ſuſcipere magis ⁊ minus ſm quādaz vigorationē ſeu perfectionationē ad infra.

Que qli/tates ſuſci/piunt ma/gis ⁊ mi.

Secundus articulus.Ubi dico ꝙ oēs tres ſpecies qualitatis ſuſcipiunt magis ⁊ minus:ſed quarta nō.vt ꝓbatur in ꝑdicamentis ca.de qualitate.Pħs enim ꝓbat de tertia ſpecie qualitatis ⁊ de ꝑma ꝙ ſuſcipiūt magis ⁊ min⁹ ſic.

Arg^m p^m

¶ Illa ſuſcipiūt magis ⁊ min⁹ ſm quē alterū altero magis ⁊ minus pōt dici:ſed vt dicit ibidē.albū magis ⁊ minus altero albo dr̄.⁊ candidū altero cādidius:⁊ ſilr̄ iuſtū altero iuſtius.⁊ ſanū altero ſanius dicit̄.⁊ grāmaticus altero grāmaticior.ergo iſta ſuſcipiūt magis ⁊ minus. Prima duo exēpla pertinent ad tertiā ſpeciē qualitatis.q2 ſunt paſſibiles qualitates:alia exēpla pertinēt ad primā.q2 ſunt habitus ⁊ diſpoſitiones.ergo habet̄ ꝓpoſitū de tertia ⁊ prima ſpecie.

Arg^m 2^m

¶ Eodem modo probari poteſt de ſecunda ſpecie.Quia ea ſuſcipiunt magis ⁊ minus ſm que alterum altero magis dicit̄.ſed ſm potentiā naturalē vel innaturalē alterū altero potētius vel ipotentius dicitur.vt p3 de potētia currendi vel ſaltādi ⁊ hm̄.ergo ⁊c̄.¶ Qḋ aūt quarta ſpecies nō ſuſcipit magis ⁊ minus ꝓbat ibidez per argumentū ab oppoſitis.Quia illa nō ſuſcipiūt magis ⁊ minus ſm que alterū altero magis nō dicitur:ſed ſm triangulū ⁊ circulum ⁊ alias figuras alterū altero magis nō dicit̄.⁊ iſta ꝑtinent ad quartā ſpeciē qualitatis.ergo ⁊c̄.Minor probatur.Q2 ⁊ ſi vnus triāgulus poſſet dici maior alio q2 magis extendit̄ in longū ⁊ in latuz tunc etiā poſſet dici.ꝙ aliquis triangulus eſſet magis vel minus.Sed cū nō pōt dici magis vel minus triangulus.q2 triangulus nō h3 gradus intēſos ⁊ remiſſos in triangularitate ſed vnūqḋq3 triangulare.aut attingit ad triangularitatē cōplete.vel ſimplr̄ dicendū eſt.ꝙ nō eſt triāgulare vel deficit a triāgularitate vel ꝯplete eſt triangulare:⁊ eodē modo eſt dicendū de oībus ſpeciebus figurarū:⁊ ponitur exēpluz ibi de diffinitione.que per oēm differentiā additā vel diminutā ſimplr̄ conſtituit̄ vel deſtruitur.

Inſtantia

¶ Dices.ꝙ totā cām aſſignas ex ꝑte ſubiecti.nō autē ex parte ipſius forme.infra autē pones ꝙ forma ex ꝑte ſui ſuſcipit magis ⁊ minus.ergo male.

Rñſio.

¶ Dico.Q2 ex parte forme pōt aſſignari cauſa:ſed hic inoteſcit nobis ex eſſe qḋ h3 in ſubiecto.Primū p3.Quedā eni forme ſunt que ex ſui formali ratiōe ſunt terminus ⁊ finis ſicut figura.⁊ que ſunt de quarta ſpecie ſunt terminus q̄ntitatis ⁊ forma ſubſtātialis que eſt terminus materie que de ſe eſt interminata.Et quedā ſunt forme que nō habēt rōnez vltimi.nec finis.nec termini vt albedo.habitus.⁊ hm̄.Ex hoc eniz ꝙ aliquid eſt album vel ſciens.nō eſt ipm terminatū:cū ergo termino ⁊ ⁊ fini repugnat additio.indeterminato autē ⁊ infinito non repugnat.ſeqtur ꝙ qbuſdaz formis repugnat ſuſcipere magis ⁊ minus.quibuſdā autē nō.Et poteſt poni exēplum de circularitate ⁊ curuitate.Circularitas enim omnino determinat lineaz in circularitate.ideo linea vna nō pōt eē magis circularis linea alia.curuitas aūt nō.⁊ ideo pōt eē vna alia curuior.¶ Secundū p3.q2 ex illa ꝑte maxime aliqd cognoſcit̄ vbi eius effectus clarius videt̄:ſ3 albedinē ſuſcipere magis ⁊ minus figurā nō cognoſcimus ex ſubiecto:albedo enim ⁊ figura ambo reſpiciūt ſuperficiē vt ſubiectuz.q2 tn̄ ſuperficies nō eſt nata terminari p albedinez.ſed per figurā(ſuperficies eniz eſt figura carens ꝓfunditate)iō nō eſt terminata quātūcūq3 ſit alba:ſed ecōtra ſi fuerit figurata erit terminata ſine omni albedine.ergo ex ſubiecto cognoſcimus ⁊c̄.Quō autez eſt ſuſcipere magis ⁊ minus ſm eē in ſubiecto arguit.ꝙ eſſentia ⁊c̄.probatur ar.4.

Tertius articulus eſt.In qbus modis reducant̄ oēs modi ſuſcipiēdi magis ⁊ min⁹.¶ Ubi dico ꝙ qdaz ponunt accñtia ſuſcipe magis ⁊ minus ex diſpōne ſubti.

Arg. p^m

¶ Quidaz ponūt ex ipermixtione cōtrarij vt albius dicit̄ qḋ eſt in nigro ipermixtius.hoc habet̄ ab Ariſt.in ca. de q̄litate 3° topi.⁊ Simplicio in ꝑdicamētis.Quidā ex ꝑfectiori vel iperfectiori attingētia obiecti.vt qdaz dicūt de habitibus.ꝙ ille eſt ꝑfectior a quo plus ſcit̄ de obiecto ſcibili.Quidā ponunt q̄litates ſuſcipere magis ⁊ min⁹.q2 cauſantur ex ꝑfectiori ſeu intēſiori v̄tute.vt motus alicui⁹ mobilis dicit̄ velocior vel tardior q2 eſt a v̄tute fortiori vel debiliori:⁊ eodē modo illuminatio dicit̄ ꝑfectior que eſt a ſole q̄3 que a ſtellis.¶ Sed manifeſtū eſt in oīb⁹ iſtis opi.ꝙ quocūq3 mō hic nominato accidētia ſuſcipiāt magis ⁊ minus.ꝙ neciō ſequit̄.ꝙ ſuſcipiāt magis ⁊ min⁹.vel in eē.vel in eſſentia:albedo enim ſi in ſubiecto magis vel minus diſpoſitio vel a cōtrario ſuo magis.vel minus permixta magis vel minus ſuſcipere dicatur.Clare aūt p3 ꝙ hoc aut erit in eē.vel in eēntia.⁊ ſic de alijs modis poſitis eſt dicendū.ergo.

Arg^m 2^m

¶ Itez.Qua rōne ea que ſuſcipiūt magis ⁊ min⁹ ſm diſpoſitionē ſubiecti ſuſcipiunt magis ⁊ minus ſm eſſe vel eēntiam.eadem rōne ea que ſuſcipiūt magis ⁊ minus ex ipermixtione cōtrarij.aut ex perfectiori vel iperfectiori attingentia obti.⁊ ſic de alijs modis ſuſcipiūt magis ⁊ min⁹ in eſſe vel in eēntia.Sed que ſuſcipiūt magis ⁊ minus ſm diſpoſitionē ſubiecti ſuſcipiunt magis ⁊ minus ſm eſſe vel eſſentiā.ergo idē erit de alijs modis:⁊ ita oēs alie opiones reducent̄ ad illaz que ponit ſuſcipere magis ⁊ minus in eē vel in eſſentia.Maior apparet.Quia ſicut ea habēt perfectiorez gradū eſſendi in eſſe vel in eēntia que in magis diſpoſito ſubiecto recipiunt̄ vel minus perfectū gradū que in minus diſpoſito recipitur.ita que minus admiſcent̄ ſuo cōtrario perfectiorez gradū eſſendi habēt.⁊ que magis admiſcentur minus perfectū:⁊ ſic de habitib⁹ quibus perfectius vel iperfectius attingitur obiectum ⁊ ſic de opationib⁹ que a virtute perfectiore cauſant̄.Mi.ꝓbatur multiplr̄.Quia cuz aliqḋ ſubiectuz eſt aliqñ magis diſpoſitū aliquādo minus.quero de illa diſpoſitione.Aut habeat diſtinctionum graduum infra naturā ꝓpriam:⁊ habetur propoſitū:q2 cū illa diſpoſitio ſit accidēs de prima ſpecie qualitatis.habet̄ ꝙ accidēs infra eſſentiā ſuaz h3 diſtinctionē graduuz.Aut illa diſtinctio graduū ineſt illi diſpoſitioni per aliam priorem diſpoſitionē.Et tunc quero de illa priori diſpoſitione.Aut habet gradus in eſſentiā.⁊ eadē ratione ſtandū erat in ꝑma:vel per aliā.⁊ ſic in infinitū:qḋ eſt incōueniēs.

Argumē/tū tertiū.

¶ Itē quero.An illa diſpō ſubiecti ſm quā recipit magis ⁊ min⁹ albū ſit eadē cū albedīe vel alia.Si eadē.idem eſt ꝯcedere gradus in diſpōne ⁊ eſſentia vel eē.Si alia.tūc nō poterit dici ꝑncipalis ꝯ.ſ.ꝙ B eſt magis vel min⁹ albū.q2 ſbm ē magis vel minus diſpoſitū.Probo per exēplū.q2 aqua relicta frigiditati naturali ꝑfectius h3 diſpoſitionē forme ipſi⁹ aq̄

ꝙ aqua calefacta: ⁊ tñ his duobus stantib⁹.s. ꝙ subiectũ sit magis vel minus dispositũ. ⁊ ꝙ ille dispositiones ad formã aque sunt aliud a forma, nõ possuz dicere ꝙ forma aque suscipit magis vel minus nisi infra eẽntiaz suã habeat magis ⁊ minus. ergo sic in ꝓposito. ⁊ si subiectũ albedinis q̃doq; sit magis ⁊ minus dispositũ. si tñ hec ipsa dispositio ad albedinẽ differt ab albedine nũq̃ saluabit̃ ꝙ ipsa albedo suscipiat magis ⁊ min⁹. nisi infra essentiã suã habeat gradus.

Arg^m 5^m ¶ Item. Accipio albedinez receptã in subiecto in remisso gradu. Aut ergo recipit̃ ꝫm totã essentiã suã ⁊ esse. Aut nõ. Si sic. ergo nulla dispõne iuuante poterit ꝑfectius recipi. ⁊ ista dispositio nõ erit sibi magis suscipiẽdi magis. Si non. ergo adhuc oportebit ipam recipere aliquos gradus infra essentiã suaz si vlterius deberet intẽdi. ⁊ ita sequit̃ ꝓpositũ. ꝙ idez est suscipere magis ⁊ minus ex noua sibi dispositione ꝑparata. ⁊ suscipere magis ⁊ minus ꝫm esse vel essentiã.

Arg^m 6^m ¶ Itẽ. Si dispositio subiecti esset causa ꝑcisa. ergo in subto magis dispositio itensius reciperet̃ qđ falsuz est. q: intensi⁹ recipitur calor in ferro q̃ in ligno sicco. ¶ Itẽ. Si sic. ergo nõ intenderet̃ vel remitteret̃ destructo subiecto: q: ablata causa precisa vel etiã necessaria nõ habetur effectus: qđ falsum est de accidẽtibus remanentib⁹ in speciebus sacramẽti.

Opinio Arg^m p^m **Quartus** articu. An illa que suscipiũt magis ⁊ min⁹ in esse suscipiãt ẽt in essentia. Ubi videtur p̃ma facie. ꝙ Aristo. libro p̃dicamẽtoꝝ. ca. de qualitate versus finẽ ponat. ꝙ qualitates p̃me ⁊ tertie speciei suscipiunt magis ⁊ minus ꝫm eẽ nõ ꝫ eẽntiã. ⁊ qualitates quarte speciei nec ꝫm esse nec ꝫm essentiã. Unde soluz dicit. ꝙ albuz est magis ⁊ minus altero. ⁊ iustuz magis ⁊ minus iustuz altero: sed iustuz ⁊ albuz dicunt esse iustitie ⁊ albedinis ⁊ nõ dicunt albedinem ⁊ iustitiã vel essentiã in abstracto. ergo ⁊c̃. ¶ Et cõfirmatur: ꝑ hoc qđ dicit ibi. ꝙ quidã dubitãt si iustitia dicatur ꝫm magis ⁊ minus ab alia iustitia. ⁊ sanitas a sanitate. aut grãmatica a grãmatica. ⁊ sic de alijs effectib⁹. ⁊ istã opi. dimittit stare ⁊ eligit aliã. ꝙ ꝫ ꝙ subiecta suscipiũt tales effect⁹ ꝫm hoc magis ⁊ minus dicuntur: grãmaticior eniz alter altero. iustior. sanior. ⁊ sic de alijs.

Arg^m 2^m ¶ Itẽ. Auctor 6. p̃ncipiorũ capi. p̃mo. forma est simplex ⁊ inuariabilis ⁊c̃. ⁊ versus finẽ illius capituli. respondet ad quãdã dubitationẽ. s. an nulla forma sit variabilis. dicens ꝙ nõ. q: lz videat̃ ꝙ albedo variet̃ qñq; ꝫm clarũ ⁊ obscurũ. hoc nihil facit. nihil enim differt albedinẽ dicere clarã q̃ suscipiẽs claruz.

Arg^m 3^m ¶ Itẽ. 8. meta. tex. cõ. 10. vbi dicit ꝙ forme sunt sicut numeri ⁊ addit. ꝙ si suscipiunt magis ⁊ minus. forsan nõ erit hoc nisi cũ materia. i. in esse qđ hʒ in subiecto.

Arg^m 4^m ¶ Itẽ. 6. phyſico. tex. cõ. 37. ⁊. 49. dicit ꝙ forma nõ est diuisibilis nisi ꝑ accidẽs. Illud autẽ per qđ accidit sibi diuisio vocat subm. g̃ ⁊c̃.

Reprobatur. **Contra** hoc arguo sic. Esse vel est idez ꝙ essentia realiter ⁊ tunc suscipit magis ⁊ minus in eẽ ⁊ in essentia. qđ est ꝓpositũ: vel nõ est idez. ⁊ sequit̃ ꝓpositũ. q: esse ita imediate vel imediatius sequit̃ essentiã sicut ꝓpria passio subiectum: sed variatio in ꝓpria passione arguit variationẽ in ꝓprio subiecto: vt pʒ de habere tres. in triangulo.

Rñsio ¶ Hic dicunt quidã. Ver. ꝙ ⁊ si differãt g̃ tñ esse non solũ respicit formã sed subiectũ. ideo esse põt suscipere magis ⁊ minus ⁊ si nõ essentia forme.

reprobat̃ Arg^m p^m ¶ Contra. Illud qđ sequitur aliquid per se ⁊ p̃mo ⁊ nihil aliud respicit nisi rõne illius. ab eo hʒ mensurã suaz ꝑcise: sed eẽ per se ⁊ p̃mo ꝯsequitur essentiã forme: ⁊ subiecto nõ couenit nisi ratione eẽntie forme. ergo gradus in esse sunt ꝑcise a forma. non aũt subiecto. lz simul respiciant subiectũ.

Arg^m 2^m ¶ Itẽ. Quãto aliqđ est magis actuale est magis simplex. ⁊ sic tãto minus sibi cõpetit latitudo: sed si esse differat ab eẽntia. eẽ erit magis actuale. q: erit actus eẽntie. ergo ⁊c̃. ¶ Confirmat̃ q: variabilitas gradium inest alicui rõne imperfectionis: sʒ eẽntia est imperfectior q̃ esse. si differãt. q: est in potẽtia ad esse. g̃ ⁊c̃.

Arg^m 3^m ¶ Itez. 7⁹ meta. tex. cõ. 4. arguit prius subam habere ꝑfectiorẽ notitiaz q̃ accidẽs. ex ꝑfectiori modo eẽndi. ergo ex intensiori ⁊ perfectiori gradu albedinis arguere possumus. ꝙ intẽsa albedo plus habet de eẽntia ⁊ natura q̃ remissa.

Arg^m 4^m ¶ Itez. Quale est vnũq̃dq; ꝫm formã tale dicit̃ simplr ꝫm esse: q: forma subalis nõ suscipit magis: vt dicit Phs libro p̃dicamẽtorũ. in capi. de suba vbi dicit ꝙ vnus homo nõ est magis suba q̃ alius: homo aũt nõ solum dicit formã sed esse: si ergo forma accidentalis sit indiuisibilis ꝫm essentiaz. ergo ꝫm esse.

Arg^m 5^m ¶ Item. Cõtraria in summo nũq̃ cõpatiunt̃ se. cõpatiuntur tñ se in gradibus remissis: ⁊ nõ solũ loquor de cõtrarijs vt cõpatiunt̃ se in tertia forma cõmixta ex his que cõmiscentur sed de cõtrarijs manentib⁹ infra ꝓprias species. calor enim in summo ⁊ frigus. nõ possunt approximari imediate seu de ꝓpe. calor tñ remissius ⁊ frigus remissius possunt. Sed hoc nõ est. nisi q: aliquid est in cõtrarijs intẽsis qđ nõ est in remissis: sed illud aliud non põt esse aliud ⁊ aliud esse qđ habẽt in subiectis. q: por est incõpossibilitas istaruz in summo accepta ex ꝑte ipsarũ formarũ īter se q̃ earuz vt subiectis. q: enim sunt incõpossibiles inter se ideo nõ cõpatiunt̃ se in eodez subiecto. Ergo illud aliud ꝓp qđ nõ cõpatiunt̃ se in summo. est aliquid se tenens ex ꝑte ipsarum eẽntiarũ in summo q̃ vocat̃ gradus intensus.

Arg^m 6^m ¶ Itez. Impossibile est motũ esse realẽ sine termino reali: sed intẽsio forme est motus realis. ergo in termino aliqđ ꝓducit̃. sʒ nõ ꝓducitur ille gradus essentie forme q̃ ꝑcessit in eẽ remisso. q: tunc idẽ his ꝓduceret̃. ergo est aliq̃s nouus gradus in eẽntia forme. ¶ Et ꝯfirmatur ista rõ. per hoc qđ facit difficultatẽ oĩbus doctoribus: ⁊ est istud. Q: alteratio ꝫm totuz suum ambitũ requirit eẽntiã qualitatis ꝓ termino sicut augmẽtatio essentiã quãtitatis: sʒ est possibile. ꝙ sit vnus motus diuturnus ⁊ cõtinuus alteratiõis que sit itensio. g̃ oportet ꝙ ꝑ q̃libet ꝑtem illius alterationis acquratur essentia q̃litatis: qđ est propositũ. ¶ Cõcordat Aureo. di. 17. q. 2. ar. 2. rubrica. 1.

Ad p^m argumentũ. Albedo. Ad auctoritates libri p̃dicamentoꝝ. ¶ Ad p̃muz qñ dicit̃. ꝙ dicit albuz suscipere magis ⁊ minus. nõ aũt dicit albedinẽ. Rñdeo ꝙ per hoc qđ dicit. ꝙ albũ suscipit magis ⁊ minus nõ intẽdit excludere quin albedo ipa suscipiat. sed hec est ꝓbatio huius. ꝙ ipsa albedo seu eẽntia albedinis suscipiat: q: ꝓbat hoc ꝑ effectũ ei⁹ formalez. Uerbi grã si vis ꝓbare ꝙ forma subalis hoīs a qua accipit̃ hoīs diffa specifica nõ suscipit magis ⁊ min⁹. vt puta. si ꝓbare vis ꝙ aĩa itellectiua tua nõ ẽ mag̃ itellectiua q̃ mea. ꝓbatio optia est. q: vn⁹ hõ in eẽndo hominẽ nõ ẽ magis hõ q̃ alius hõ: sic enim ꝓbat Phs. 8. meta. tex. cõ. 10. ꝙ forma subalis nõ suscipit magis ⁊ minus. s. per esse qđ dat: cum enim vt dicit additur aut aufert̃ noua forma subalis materie. datur totaliter nouũ esse specificatũ aut corrumpit̃ ⁊ nõ remittit̃. aut auget̃ ꝫm partes: ⁊ hoc ꝓbat ꝙ nõ suscipit magis ⁊ minus in eẽntia. Sed hoc certũ est ꝙ est ꝓbatio per effectũ formalem. ergo ex opposito si vis ꝓbare. ꝙ albedo seu eẽntia albedinis suscipit magis ⁊ minus. optima ꝓbatio est. eẽ albũ suscipit magis ⁊ minus. ergo ⁊ eẽntia albedinis suscipit magis ⁊ minus. ergo ex ista auctoritate Aristo. habet̃ ꝓpositũ p̃ncipale si suscipiat magis ⁊ minus in eẽ ⁊ in eẽntia. ¶ Cõfirmatur p̃mo ꝑ ordinẽ ꝓcessus Aristo. in ca. 9. de qualitate: prefigit eniz conclusionẽ suã: suscipit magis ⁊ minus qualitas. Et statiz hoc ꝓbat subdens: albuz eniz magis ⁊ minus dicit̃. ⁊ iustũ ⁊c̃. Sed si vellet dicere ꝙ albedo suscipit magis ⁊ minus ꝫm esse qđ hʒ in subiecto ⁊ per hoc excludere. ꝙ in eẽntia nõ suscipit magis ⁊ minus. probatio sua ꝯtradiceret conclusioni ꝓprie quã prefigit ꝓbandaz: ꝑfigit eni ꝙ ipsa qualitas in abstracto ⁊ per ꝯñs. qualitas in eẽntia suscipit magis ⁊ minus. Ergo per hoc qđ dicit album suscipere

magis

vnitas in nã. Infra. Ut sic in ꝑsonis distinctis attendatur idẽtitatis vnitas in nã. Ex his sic manifestũ est ꝙ in toto ꝓcessu ecclesia cõparat relationes personales. seu ꝑsonas ad essentiã. cõfitens contra Joachim. ꝙ tres ꝑsone sunt vna. ⁊ cõfitens cũ petro. ꝙ in idẽtitate essentie est distinctio ꝑsonarũ ꝑ oppositas relõnes originis. s. pñis q gñat ⁊ filij q generat ⁊c. igit̃ manifeste pꝫ. ꝙ ex forma decretalis sumus limitati ad cõfitendũ: ꝙ relõ cõparata ad essentiam differt ex nã rei cũ istis determinationibꝫ. salua videlꝫ idẽtitate reali earũ cũ essentia ⁊ sil̃ retenta sua habitudine ad oppositũ. ꝓbatio scdi pꝫ ex verbis decretalis. rõnem reddit. n. quare nõ debemus credere. ꝙ illa res q̃ est essentia que veraciter est tres ꝑsone. gñat aut gñat̃: sed pr̃ est qui gñat ⁊c. vt ꝑ hoc denotet̃ ꝙ vnitas sit in nã ⁊ distinctio in ꝑsonis: sed necessariũ est dicẽtes relõnẽ ex nã rei differre ab essentia cõformari decretali. ergo eodẽ mõ dicentes relõnem differre ex nã rei ab essentia opꝫ addere. salua vnitate nãe ⁊ retẽta habitudine siue distinctione relatiua. ꝓbatio tertij. Quia ad auctẽ quã allegat Joachim. Uolo pr̃ vt vnũ sint sic ⁊c. vt exponit decretalis. Uolo pr̃ vt fideles mei sint vnũ in trinitate charitatis ⁊ gratie. sicut nos vnũ sumꝰ in idẽtitate nature. Hoc idẽ Aug. 6. de tri. c. 3. Pater ⁊ filiꝰ vnũ sunt vtiq̃ ſm vnitatẽ substantie. Tũc arguo: ꝓbatio euangelij: quã accepit Joachim nõ cõcedit̃ nisi cũ suis determinationibꝫ. s. vt intelligat̃ de vnitate charitatis nõ idẽtitatis: sꝫ qua rõne ista auctoritas que fuit cã erroris ipsi Joachiꝫ nõ dꝫ ꝯcedi nisi cum suis determinationibꝰ eadẽ rõne in ꝓposito. dicẽs ꝙ ex nã rei relõ differt ab essentia. cuꝫ hec posset esse occasio maioris erroris. ¶ Itẽ. Debemus loq cũ certis determinationibꝫ vt recedamus ab Arrio q posuit ꝑsonas in substantia distingui a Sabellio q ꝯfundit ꝑsonas ponẽdo vnã solã. que qñq̃ noiabat̃ pr̃. qñq̃ filius. qñq̃. s. s. Sed ponẽdo ꝙ tres relõnes sic cõparant̃ ad essentiã ꝙ sunt eadẽ res recedimꝰ ab Arrio ponẽdo tres relõnes fundatas in essentia retinere tres oppositas habitudines. ⁊ hoc ex nã rei recedimus a Sabellio. igit̃. ¶ Cõfirmat̃ Joã. 10. Ego ⁊ pr̃ vnũ sumus. Dicit Aug. sup Jo. hic. ꝙ ꝑ ly vnũ recedimꝰ ab Arrio: ⁊ per ly sumus. qđ est nomen plurale. recedimus a Sabellio: sed manifestũ est. ꝙ in ista auctẽ relõnes seu ꝑsone cõparant̃ ad essentiã ſm quãdã idẽtitatẽ. cum dr̃ ego ⁊ pr̃ vnũ sumꝰ. ⁊ retinent suas oppõnes adinuicẽ. cũ dr̃. ego ⁊ pr̃. igit̃ si volumus recedere ab his hereticis oportebit nos vti istis determinationibꝰ. ¶ Itẽ sic debemus determinare sermonẽ vt recedamus a Poretano cõdemnato in cõcilio remẽsi: sꝫ Poretanus voluit saluare trinitatem ꝑ tres relõnes oppositas hitudines adinuicẽ ⁊ ex nã rei: ⁊ in hoc deficit ꝙ non veniunt in essentia ꝑ idẽtitatẽ sed posuit eas affixas vt pꝫ ex eodẽ cõcilio. Et per. B. sup cant. ofi. 80. ⁊ magis expresse ad Eugeniũ li. scdo. q̃ si eius errorẽ fugere volumus opꝫ vtraq̃ vti determinatione. ¶ Itẽ. Sic debemꝰ ꝯditionare vt ponũt sancti: sed Aug. in pn° 5. de tri. ꝑ totũ ꝓbat ⁊ oia q̃ sunt in deo sunt vnũ: in. 7. ⁊ eodẽ. 5. diffuse ꝓbat. ꝙ relõnes cõparatas adinuicẽ differũt ex nã rei. vt ꝓbatur in ista q̃one articulo. igit̃. ¶ Itẽ sic debemꝰ ponere vt ponit doctor cõmunis ⁊ alij cõiter: sed sic loqt̃. igit̃ ⁊c. ꝓbo minorẽ Tho. ꝑmo scripto dis. 33. q. p° ar. p° rñdens ad argm̃ p°. ꝙ relõ dr̃ qr essentia ad se/ relõ ad aliud dicit. ꝙ differũt rõne. Et addit versus finẽ. ꝙ nõ rõne que est in rõcinabilitate. sed que est diffinitio. sed certũ est ꝙ due differũt rõne q̃ est diffõ ⁊ nõ que est ⁊c. Differũt ex nã rei. qr diffõ indicat qđ qd est. ¶ Itẽ hoc idẽ ⁊ magis expresse dicit Pe. de tarentasio ibidem. ¶ Iteꝫ de bona fortuna super sen. dis. 26. q. 3. dicit. ꝙ vna cõis op. est ꝙ relõ differt ab essentia ⁊ nõ ratione tñ. ¶ Item sic debemus determinare vt cũ reali distõne terminoꝝ saluemus diuinã simplicitatẽ: sed cũ dicimꝰ ꝙ relationes cõpate ad essentiã differunt ex nã rei (⁊ hoc retenta sua habitudine ad oppositũ ⁊ salua idẽtitate cũ essentia) saluatur simplicitas. igit̃ ⁊c. ¶ Cõfirmat̃. qr oẽs op. de mũdo ꝯcedũt ꝙ pñitas ⁊ filiatio que sunt relõnes opposite distinguunt̃ ex nã rei. ⁊ tñ saluat̃ simplicitas in diuinis. qa incidunt in idẽ re: cũ essentia ꝑ decretalẽ. igit̃ eadeꝫ rõne lꝫ rõ cõparata ad essentiã differt ex nã rei ab essentia. dũ tñ ponimus ꝙ sunt idẽ realr̃ saluat̃ simplicitas diuina. ¶ Contra hoc tñ est argm̃ apparens. Quia ꝑ te precisa cã quare saluat̃ simplicitas est. qa veniũt in idẽtitatẽ. igit̃ ex opposito eo mõ que nõ veniũt in idẽtitatẽ non saluabit̃ simplicitas: sed ꝑ te nõ veniũt in idẽtitatẽ formalẽ. igit̃ pensata distinctione formali. vt sic non saluabit̃. ¶ Rñsio ſm alios. Qñ dicit̃ ꝙ precisa cã simplicitatis est. qa veniũt in idẽtitatẽ. Dico ꝙ opꝫ addere. qr veniunt in idẽtitatẽ realẽ: ⁊ sõ ex opposito si aliquo mõ nõ venirẽt in idẽtitatẽ realẽ nõ esset simplicitas: sed distinctio formalis nõ aufert idẽtitatẽ realẽ. vt pꝫ de duabꝰ relõnibꝰ oppositis que formalr̃ distinguũt̃ ⁊ sunt idẽ realr̃ cũ essentia. igit̃ ⁊c. Qr aũt talis idẽtitas realis facit simplicitatẽ ẽt stante distinctione ꝑsonaꝝ. patet ꝑ decretalẽ. qr sil̃ cõcedit ꝙ pr̃ ⁊ filius ⁊ s. s. sunt tres distincte ꝑsone. ⁊ vna sũma res ⁊c. ⁊ post hoc infert ꝙ ꝓꝑ vnitatẽ rei est cõcedendũ ꝙ sũt idẽ oĩno (⁊ ĩfra) vt pote oĩno simplex. vide ibi. Et hoc ꝓpositũ clare pꝫ. Phs enim saluat indiuiduũ substantie esse ꝑ se vnũ: qr ex partibꝰ essentialibꝰ vna est in potentia essentiali ad aliã: ⁊ idẽ cõcederet diuersoꝝ generũ. Uult eniꝫ ex ꝓposito ꝙ ex substantia ⁊ accidente non fit per se vnũ. qr subm est in actu respectu accñtis ⁊ ex ista regula ostendit. 12. meta. t. c. li. ꝙ qr in ꝑmo motore oĩa sunt eadẽ ⁊ ꝑ ꝯñs maior vnitas q̃ in cõstituto ex po° ⁊ actu. ꝯcludit ꝑmus motor est in fine simplicitatis ſm phos. si nulla eẽt nisi vnitas idẽtitatis. esset vnitas simplicitatis. q̃ eo ipso q̃ saluat̃ identitas aliquoꝝ adinuicẽ ꝙ in diuinis siue sint diuersoꝝ generũ siue quocũq̃ mõ semꝑ saluat̃ simplicitas. ¶ Itẽ. Sic debemus declarare sermonẽ vt per hoc possimus rñdere ad nouas formas sylloꝝ. qbus ꝓbat̃ ꝙ cõcedentes distinctionẽ formalẽ ꝯcedũt realẽ: sed ꝑ istas determinationes additas ꝑ decretalẽ soluit̃ ad illos syllos que ꝓbant̃ ⁊c. Arguũt eniꝫ sic. Essentia est realr̃ cõicabilis: relatio est realr̃ icõicabilis. igit̃ relõ nõ est eẽntia realr̃. Uel sic. Essentia est res cõicabilis: relõ est res incõicabilis. q̃ relatio nõ est eẽntia realr̃. Uel sic. Essentia est res cõicabilis: pñitas est incõicabilis. igit̃ pñitas nõ est res que est essentia. ¶ Et cõfirmat̃ iste modus arguendi. Quia si sic ꝯcludatur in istis syllis. pꝫ ꝙ sylls erit ex tribus terminis. si ão cõcludat̃ in ꝯclõne ꝙ pñitas est aliud formalr̃ ab essentia iam in ꝯclõne erit aliqs terminus q nõ fuit in aliqua ꝑmissarũ: ⁊ ita sylls ex quatuor terminis. ¶ Rñsio ſm premissa dicerent ꝙ sic dꝫ argui in forma. Essentia est realr̃ incõicabilis: relõ retenta sua habitudine sic est realr̃ incõicabilis ꝙ cũ hoc est eadẽ eẽntie. q̃ relõ sic differt realr̃ ꝙ tñ est eadẽ essentia: ⁊ hoc est verũ. Et eodẽ mõ in alio syllo. Essentia est res cõicabilis: pñitas retenta sua habitudine est res incõicabilis que est eadẽ essentie. igit̃ pñitas est res sic differens ꝙ est eadẽ essentie. Et ſm istũ modũ intenderent ꝙ oĩa argumenta in ea ꝯcludũt. q̃ ꝓbant distõnẽ esse a nã rei in oĩbꝰ vbi loquor de ista mã. ¶ Et attende diligenter. ꝙ qñq̃ arguit̃ in cõclusione ꝙ differunt realr̃. vel sicut res. ꝓpositio sic absolute accepta est negãda: sed est ꝯditionata sic. ꝙ differũt realr̃ id est ex nã rei. sic tñ ꝙ sit eadeꝫ res essentie ⁊ nunq̃ diuisim dꝫ cõcedi ꝙ differunt realr̃. rõne habitudinis realis: ⁊ sic dicunt cõditionati oẽs ꝓpõnes ex qbus cõcludit̃ distinctio realis: vt pꝫ de incõicabili in duobus syllis. Scdo dico. ꝙ tenentes distinctionẽ a nã rei habent apparentiã dicendi ꝯclõnẽ affirmatiuam. s. appositus

predictis

S. Tho.

Instantia.

Rñsio.

Argumẽtũ in 3ria.

Rñsio.

predictis determinationib⁹ ⁊ in omni sermone nostro semꝑ suppositis. decretalis videtur concedere. ꝙ relatio ad essentiam differt ab essentia ex natura rei sic. ꝙ illa differētia nō dicat multitudinē rerū ⁊ quandā distinctionē seu multitudinem formalez ex natura rei: probo. Qꝛ primo decretalis cōparauit personas ad essentiaz considerādo. ꝙ pater ⁊ filius ⁊ s. s. sunt vna res quedaz. que est essentia: postea recapitulando cōparans essentiā ad relationes siue ad personas. dicit ꝙ res est simul tres ꝑsone. ⁊ sigillatim quelibet earuz: ⁊ tunc infert ꝙ in deo solūmō trinitas nō quaternitas. Tūc arguo. Ipse dicendo ꝙ essentia est tres persone cōcedit idētitatē: sed dicēdo tres ꝑsone concedit quādā distinctionē in natura rei relatiuā. igiť in natura rei concedit distinctionē: sed retēta habitudine seu relatione ⁊ salua idētitate. igitur.

¶ Itē argumētū ioachim essentia nō generat nec generať pater generat ⁊ generať: igiť non sunt idē. Ecclesia vō cōdēnat eū sic dicēs. Illa res nō est generās neqꝫ genita neqꝫ procedēs: sed est pater qui generat / filius qui generať ⁊ s. s. ꝙ procedit. arguo. cōtradictoria sm idē nō dicitur de eodez: qꝛ hoc est cōtra primū principiū cōplexū: de quolibet affirmatio ⁊c. ⁊ de nullo. Igiť pater qui generat nō est adeo idē essentie q̄ nō generat qn aliquo mō in illa cōparatiōe ꝑsone ad essentiā sit differētia: sꝫ certū est ꝙ ista differētia que importať ꝑ istā negatiuā quādo dicit ꝙ illa res ⁊c. nō dicit differētiā rerū nec solā differentiā in intellectu: qꝛ alr̄ in re esset verū ꝙ essentia eēt generās ⁊ ꝙ intēdit cū negare cuz petro: vt patet ex principio decretalis. Igiť habeť ꝓpositū ꝙ vult cōcedere tres ꝑsonas eē rē vnā veraciter. qđ tn̄ retēta habitudine ex natura rei distiguunť.

Ad ꝑmaz opinio.

¶ Per istā distinctionē patet ad omnia argumēta: q̄ enim probāt ꝙ relatio est alia ab eēntia. Dicerēt ꝙ si alietas denotet multitudinē rerū: falsum est. si vō denotaret multitudinē formalē eiusdem rei in eē suo relatiuo: ⁊ absoluto: verū est. cū suis determinationibus accepta relatione vt dicit habitudinē ad oppositū: ⁊ vt est eadē ⁊ vt est cū eēntia.

Ad scdaz opionez.

¶ Argumēta contra cōtrariā. s. ꝙ relatio nō est alia res ab eēntia. Uerum est vt alietas dicit multitudinē rerum: sicut posuit ioachim: vt tn̄ dicit multitudinē formalē eiusdē rei nō est verum accepta relatione vt retinet habitudinē ad oppositū ⁊ idētitatē realem cū essentia.

Ad tertiā opionez.

¶ Ad argumenta supra ꝓbantia ꝙ relatio solū differt ab obiecto. Ad primū qn̄ dr̄ ꝙ relatio nō est nisi in ordine ad oppositū. nec per cōsequēs hꝫ distinctionez nisi in ordine ad oppositū. Dicerent ꝙ relatio pōt intelligi dupliciter. Uno mō ꝙ ꝑcise cōpareť ad essentiā nō cōparetur ad oppositū. ⁊ isto mō relatio nō est aliquid reale: sed ficticiū quoddā. Alio mō ꝙ cōpareť ad essentiā vt ad fundamētū cū quo sit idē realiter. ⁊ ꝙ simul retineat habitudinem ad oppositū correlatiuū. ⁊ sic est reale quid ⁊ tunc isto modo cōcedo argumētū ꝙ nō differt nisi in ordine ad oppositū: ⁊ tūc hoc est verū qđ vt sic distiguiť ab eēntia semꝑ salua alia cōditione: ꝙ sit eadē eēntia. ¶ Ad scdm qn̄ dr̄ ꝙ nō saluať simplicitas diuina per istū modum diceretť ꝙ si differret ab eēntia in cōparatione ad ipsum sic ꝙ illa differentia diceret multitudinē rerū vt posuit ioachi tūc nō saluareť simplicitas: si aūt dicit solū quādā multitudinē q̄si. s. relō ex sola sua formali rōne differret ab eēntia nō re quadam, tūc saluať sua idētitas. ¶ Per idez pꝫ ad principale in oppositum questionis.

Dubium

Quartus articulus. vbi cōtra istā viā sic cōditionatam ⁊ circūstātionatā dubitať. ¶ Primo sic. Paternitas cōparata ad eēntiā differt ex natura rei ab essentia ꝑ te. rōne illius habitudinis realis retēte ad oppositū: sed relō vt ad oppositū est res. g̃ essentia differt a pr̄nitate realiter.

Rn̄sio.

¶ Ad solutionē est intelligendū. ꝙ decretalis fundať sup dictū magistri sentētiarū contra ioachim vt pꝫ supra. Ultima aūt sentētia magistri vt patet distin. 33. c. vltimo in fine est ista: ꝙ lꝫ verbum sm ꝙ verbū nō sit hoc ꝙ est pater: est ea tn̄ ꝓprietas qua verbū est idē ꝙ pater: illud est diuina eēntia. Uerba eius sunt. Et ita patet ꝙ magister ⁊ decretalis reducūtur ad hanc regulā vulgarē ꝙ oia in diuinis sunt eadē res vt cōparanť ad essentiā ⁊ solū realr̄ differunt: inter q̄ obuiat oppositio relationis. ¶ Per hoc ad argumētū. cōcedať maior. ꝙ paternitas cōparata ad essentiaz differt ex natura rei. ratione habitudinis retēte ad oppositum. tamē qꝛ in illa cōparatione que est ad essentiā vt ad fundamentū non attendiť relationis oppositio: ideo nō seqtur ꝙ essentia differt realiter a paternitate. imo est fallacia accidentis. quia in maiori arguitur de relatione retenta habitudine sua ad oppositum. sed sub illa habitudine comparatur ad essentiam: ⁊ hoc est quod dicit maior. Paternitas comparata ad essentiam. sed in minori cum diciť relatio vt ad oppositū est res. hic retineť habitudo ⁊ ꝯparatur ad suuz extremū ⁊ sic variať mediū.

Instantia

¶ Ad 8 arguiť. essentia est res que est cōicabilis: relatio est res que est incōicabilis. igiť hec res nō est illa res.

Rn̄sio.

¶ Rn̄sio. ꝙ hec minor relatio est res que est ⁊c. est accepta ab ista regula Aug. ꝑmo capitulo de doct. christiana: q dicit. ꝙ res qbus fruendū est. sunt pater ⁊ filius ⁊ s. s. Et ita nō est concedendū relatio est res que est incōicabilis nisi accipiēdo rem pro relatiōe reali. vt cōparata ad oppositū ⁊ differēs ab eo. Tunc ad argumentū qn̄ dicitur in minori ꝙ relatio est res que est incōicabilis. dico ꝙ hec est cōcedenda cū duabus exponentib⁹. Una ē ꝙ ē res que est incōicabilis vt relatio cōparatur ad oppositū. Alia ꝙ ꝑ hoc non includiť quin sit eadē res cum essentia. qꝛ tunc est cōparatio ad fundamentū. ⁊ tunc nō sequitur conclusio simplex. s. ꝙ est res differēs ab essentia. sꝫ conclusio cōplexa: ista. s. ꝙ cōparata ad oppositū differt ab opposito realr̄ ⁊ est eadē res essentie.

Instantia

¶ Dices ista que mō per te ponunť sunt dicta sm cōmunem opi. ⁊ tu vis ponere vnā singularē. g̃ nō tenes ꝓpositum.

Rn̄sio.

¶ Dico ꝙ teneo conclusionē quā tenet quilibet opi. s. ꝙ relatio ꝯparata ad eēntiam nō differt realr̄ ab essentia. ⁊ ideo per ea que ponit cōmunis opinio sufficit soluere ista argumēta que hec fuerūt contra me. ¶ Sed adhuc est vnū argu. qđ videtur cogere oēm hominē sic. Quia cuz dicis. ꝙ adinuicē cōparate differunt a natura rei. Aut accipis relationē retenta habitudie ad oppositū: aut nō. Si non. nihil disputas vtrū relatio differt. qꝛ sic nō est relatio. Si sic. arguo. Paternitas vt est res relatiue retinēs hitudinē ad opp^m dīt realr̄ ab ea. eo qđ nō est res relatiua hn̄s hitudinē ad oppositū: sꝫ non obstāte ꝙ essentia ⁊ paternitas adinuicē cōparate sint eadē res idētica: essentia tamē vt cōparata ad paternitatē nō est res relatiua habēs habitudinē ad oppositū vt pꝫ. 7. de tri. (si essentia diceretť relatiue nō esset essentia) igiť nō obstāte ꝙ eēntia sit eadē res identica cū paternitate tali. tn̄ in illa cōparatione realr̄ differt a paternitate: propter tamen solutionē argumēti. dico ꝙ argumentū in oppositum distinctionis ex natura rei oporteret dicē ꝙ huculqꝫ in terminis est positus ad saluandū quō adinuicē cōparata differūt ex natura rei. Dico signāter adinuicez ꝓpter arti. quintū. Unī notandum est. ꝙ qn̄ dicitur absolute aliqua differre ex natura rei vel denotatur distinctio rerū. vt est inter subiectuz ⁊ accidēs ⁊c. vel saltez denotať distinctio formalis oino se tenens ex ꝑte rei: vt. s. res. vno mō cōparatur ad seipsam. alio mō sicut dicit Scotus de attributis ⁊ de relatiōe. ꝙ q̄uis sint idez eēntie tn̄ cōparata essentie vt sic ex natura rei differūt formaliter. Quando vō dicitur ꝙ differunt ex natura rei formaliter sm diffinitionem seu in ordine ad intellectum solum denotať ꝙ nulla est omnino distinctio reruz nec distinctio se tenēs ex parte rei. sꝫ solū denotať distinctio formalis ex

pte rei sub hoc sensu.l. q res ex natura sua nata est concipi sub diuersis conceptib⁹ formalib⁹ sicut aliq dicunt. q quelibet res quãtucũq3 simplex ex natura sua nata est ɔcipi sub diuersis ɔcepŧibus: vt angelus q sit angelus: ⁊ subã: ⁊ ens: ⁊ iste modus vi fuisse Tho. qñ dixit. 4. lib. dis. 2. q differũt diffinitiõe nõ rõne que ẽ in rõcinabilitate tñ: ⁊ iste modus in diuinis videẽ posse rõnaliter cõcedi. Qd pz. qz posito q relatio ɔparata ad essentiã. ⁊ vt simul retinet suã habitudinẽ ad oppositũ. ɔcedatur fore eadẽ essentie oibus modis se tenentibus ex pte rei vt res est: ita q cõparando essentiã in rõne essentie ad relationẽ: ⁊ relationẽ in rõne relatiõis ad essentiã. quãtũ est ex pte rei in illa ɔparatione nõ distinguũtur vt distincte res neq3 sicut distincta formalr: tñ qñ essentia ɔparatur ad relõnem in rõne essentie ex natura rei nata est cõcipi vt ad se. ⁊ qñ relatio ɔparaẽ ad eẽntiã in rõne relõnis recipiẽdo suam habitudinẽ ad oppositũ ex natura rei nata est cõcipi vt ad aliud: ⁊ ita habeẽ ppositũ q lz nulla sit distinctio quoquomõ se tenens ex pte rei vt res est. tñ erit ibi distinctio ex pte rei in ordie ad intellectũ ⁊ põt declarari ad ppositũ p ea que dicta sunt dis. 2. q. 2. de attributis. q solũ possent in esse itelligibili ⁊ repñtatiuo differre.

¶ Itẽ Sic declaraẽ. q relõ cõparata ad oppositũ differt ab opposito ⁊ hoc ex natura rei fm oẽs: sed realr ab opposito. Per hoc q ibi obuiat relõnis oppositio ad oppositu terminũ. intelligibilr aũt ab essentia p precisaz rõnez relõnis que est sua additas separenẽ. igiẽ rõnes puta q paternitas retenta sua habitudine ad oppositũ obyciat se itellectui fm ɔparationem quã hz ex natura rei ad oppositũ. vt ad terminũ ⁊ qd obyciat se itellectui fm cõparationẽ quã hz ex natura rei ad essentiã vt ad fundamentũ: ⁊ tũc sequr q vtrobiq3 retenta sua habitudine ad oppositũ q vt ɔparatur ad oppositũ poterit differre ab opposito realr. ⁊ vt cõparatur ad essentiã vt ad fundamentũ differt ex natura rei in eẽ intelligibili ab essentia: ⁊ hoc est ppositum. Et iste modus eo videtur pbabilis. Primo qz eo q nõ ponit istas formalitates ex pte rei vt est res: sz solũ vt itelligibilis est ⁊ simplicissima res nata est multis modis itelligi ⁊ ex natura rei ⁊ nõ sic saluaẽ diuina simplicitas quã intendit decretalis dicẽs: que res est oĩno simplex. Scðo q ista opinio lz ponat relationẽ cõparatam ad essentiã vt ad fundamentũ differre in esse itelligibili seu fm rõnem ab essentia. non tñ intendit q vt sic pcisa accepta cõstituat ⁊ distinguat. sz hoc facit vt sic ɔparatur ad oppositũ: vt pbatur li. 3. dis. 2. arti. 3. ⁊ qz vt sic est res. sequr q tales relõnes mĩtas ɔstituãt supposita realia realr distincta: ⁊ saluaẽ distinctio in psonis realis quã itẽdit decretalis dicẽs. est pater q generat ⁊c̃. Tertio qz fm istũ modũ nõ sequr: dint ex natura rei. igiẽ differũt realr. put vltimũ argumentũ factũ cogit. Uñ ad ma. qñ diciẽ q pater vt est res relatiua differt realr ab oi eo q non est res relatiua. Dicendũ. q realr differt si illa differẽtia sequr rẽ vt res est. sed mõ ponitur q illa differẽtia sequr rez solũ in esse conceptibili ⁊ in ordine ad intellectũ. ⁊ ɔsequens faciet differentiã fm rõnez. quare ⁊c̃. Quarto qz fm hunc modũ põt apparere pbabilitas de illa ppositiõe qua assumiẽ ad soluendũ oẽs alios nouos syllõs pbantes q differũt realr: pbo: dictũ est enim supra ad illos q qñ di relõ est incõicabilis ⁊ hõ opz addere q icõicabilr. sic tñ q ẽ eadẽ res eẽntie ⁊ sic nõ sequr absolute q realr differat a natura rei: sed q est eadẽ res essentie: sed p hunc modũ hoc bene saluaẽ ⁊ alio mõ non. ḡ pbo. qz eo q ponunẽ sic differre a nã rei q illa differẽtia sic solũ in eẽ itelligibili ⁊ in ordie ad itellectũ solum eo concordat q nõ differũt realiter sed possunt esse eadem res. Si ðo illa differentia esset ex natura rei vt res est. videtur repugnantia intellectus q differunt realiter ⁊ q sint eadem res. igitur.

Quintus

articu. Quid securi⁹ tenẽdũ sit in hõ. Ubi sine pindicio videẽ mihi q nõ obstãtib⁹ oĩbus istis determinationib⁹ ac ɔditionibus: q securius teneatur q oibus modis qbus essentia ⁊ relõ adinuicez ɔparanẽ ex pte rei sunt idẽ: puta q relõ cõparata ad essentiã quãtũcũq3 recipiat habitudinẽ ad oppositũ est eadem sibi ex pte rei ⁊ fm esse formale eius in abstracto accepta. ⁊ fm esse intelligibile qd hz ex pte rei: si tñ relõ cũ sua habitudie, ⁊ eẽntia ɔparentur ad tertiũ. sic quodãmõ est distinctio a natura rei. ⁊ hoc est ɔtra modũ iam dictũ. Concordat iste modus modo quẽ posui dis. 5. q. 2. ar. 3. vbi tenui q si attributa cõparentur ad essentiã vel adinuicẽ sunt idẽ formalr: si tñ cõparentur ad intellectũ ⁊ intelligendũ poẽe est ea distingui ex nã rei in esse repñtatiuo seu obycibili. respectu intellectui obyciũẽ. Sic i pposito: relatio ɔpata ad eẽntiã ex nã rei est eadẽ sibi formalr: si tñ essentia ⁊ relõ accipiunẽ fm rõnes diffinitiuas earum ⁊ cõparentur ad intellectuz q natus est eẽntiã eis iponere diffõnes ex natura rei.

¶ Est alia diffinitio relationis ⁊ eẽntie. qz diffinitio eẽntie est ad se relõnis ad aliud. Hec est opinio Tho. quã intẽdo sequi ⁊ declarare dis. 33. q. 1. tenet eniz in pede q esse relõnis nõ põt esse aliud esse q̃3 esse eẽntie. nec etiã ipsa eẽntia põt esse aliud q̃3 paternitas: dicit tñ q differũt rõne nõ que ẽ in rõcinabilitate tñ. sed fm q rõ significat diffinitionẽ. aliqd correspõdet in re. Uide in sol'õe tertij argumẽti ⁊. 2. Hoc bene stare videtur cũ theologia. qz lz theologi negẽt q generatio actio ⁊ spiratio adinuicẽ ɔparate nullo modo differũt ex parte rei nec ab eẽntia vt ab essentia ⁊ vt ad ipsam ɔparãtur: tñ non negãt quin ɔparate ad oppositos terminos differant realr. Igiẽ a simili. lz eẽntia ⁊ relatio retenta sua habitudie ad oppositũ vt adinuicẽ cõparate nullo mõ differãt ex pte rei: vt tñ essentia sub rõne essentie obycit se itellectui vt cui ex nã rei ɔuenit diffinitio absoluta. ⁊ relõ vt cui ex natura rei cõpetit diffinitio.

¶ Ad aliud. videẽ q in ordine ad itellectuz cui se obyciunt saltẽ differũt ex natura rei in esse itelligibili seu obycibili vt enim he rõnes sint obiectiue ⁊ vt itellectus est illud cui se repñtãt seu obyciũt. vt sic. se habẽt he rõnes ex vna pte. ⁊ itellectus ex alia. vt opposita correlatiua: sc. n. hñt vt repñtans ⁊ obyciens ⁊ vt cui sit obiectatio ⁊ repñsentatio.

¶ Confirmaẽ. pp hoc negãt doctores q generatio actio ⁊ spiratio actio: vt adinuicẽ ɔparate. ⁊ ad essentiã nullo modo differũt ex natura rei. Qz vt adinuicẽ cõparate ⁊ ad essentiã nõ hñt oppositionẽ. sz si distinguanẽ hoc erit sicut q̃dã disparata: qñ ðo ɔparãẽ ad oppo^{tos} termios hñt oppõnẽ directã: sz vt dicũt. ⁊ vez est. ⁊ determinatũ p decretalez. q relatio distinctio vt est oppositoz terminoz nõ dirimit simplicitatẽ. disparata dirimit. qz vt videẽ nõ est imaginabile. Qz ⁊ si dicaẽ q due formales relõnes distincte ex nã rei sunt idẽ idẽtice dum tñ ex natura rei hec formalis rõ sit disparata ab illa ⁊ nõ est penitus illa ex natura rei quã seq̃tur aggregatio aliquoz distinctoz ex natura rei. Qz eo mõ quo ɔtradicunt sibiinuicẽ dicẽdo hoc nõ est illud nõ repugnat eis vnitas nisi aggregationis. ⁊ per ɔsequens auferũt simplicitatẽ. igiẽ eodẽ mõ in pposito. est negandũ q essentia ⁊ relatio vt adinuicẽ ɔparanẽ differãt ex nã rei: qz quãtũcũq3 relõ recipiat habitudinẽ ad oppositũ: vt tñ cũ illa habitudine ɔparatur ad essentiã sic nõ opponunẽ: sed solũ sunt disparata. vt aũt ɔparantur ad intellectũ ea diffinientẽ cui se opponũt/aut obyciũt/sic poterũt differre ex natura rei in suis esse relatiuis intentionalib⁹. qũo ista via tenetur de poẽi. sz forte nõ de facto vide. 4. dubitatione infra. qũo etiã dz itelligi q generatio actio: ⁊ spiratio actio: nõ differũt abinuicẽ vt disparata q hic est ad ppositum: sed tñ abinuicẽ sunt distincte rõne oppositiõis incluse. Dis. 1. habeẽ ar. 2. in fine.

¶ Hic sunt tria dubia qũo ille relõnes sunt in opposito ex

S. Tho. | S. Tho. | Dubiũ

to ex natura rei in ordine ad intellectũ. ⁊ tñ ꝙ non erant relationes reales. qꝛ hoc nullus ponit. ¶ Rñdeo. qꝛ non fundantur in natura rei vt res est. sed vt res hꝫ esse itelligibile seu intẽtionale. De hoc satis dis. z. q. z. ar. 3. ¶ 2° dubitaĩ qꝛ istis distinctis rõnibus respectiuis non corrñdent termini oppositi: ſꝫ vnus. s. itellect⁹. ¶ Rñdeo. ꝙ hoc nõ est necessariũ qꝛ ẽm ponẽtes verũ ⁊ bonũ distingui ratione rõcinante ponũt ea distingui in ordine ad intellectũ. ambo eñi sunt nata cognosci ⁊ idẽ eẽt si in esse intẽtionali distinguerentur a natura rei.

Rñſo. *Dubium*

Dubium ¶ 3° dubitaĩ. quõ põt imaginari differẽtia ex natura rei in eẽ itelligibili. ⁊ ꝙ illa eẽ formalia p que differant nõ supaddant aliqd eẽ ipsi eẽntie: sicut ex alia pte tu iponis Sco. ꝙ si eẽnt disticte formalitates ex nã rei illa eẽ formalia q sequunĩ rez vt res est supadderent quedã eẽ formalia distincta ipsi eẽntie. ¶ Rñdeo. ꝙ eẽ foĩalia q̃ sequũtur rẽ vt res est. eo ipso q̃ dicunĩ seq rẽ vt res est. dicũt esse subiriuũ in re. qꝛ eẽ qd attribuiĩ rei vt res ẽ absolute vocaĩ esse subim: ⁊ ideo quãticũqꝫ formalitates transirẽt in essentiã p idẽtitatẽ. vt cũ nõ trãsirẽt p formalitatẽ si distiguerẽtur in ea ex natura rei vt res est. appet nõ imaginabile cuiꝫ qn addãt eẽ reale: eẽ aũt formalia que nõ sequunĩ rẽ vt res est nec denominãt rẽ in se ꝯparando rez. vno mõ ad seipaz. alio mõ vt supra declaratũ est. ſꝫ solũ in ordine ad itellectũ illa dicunt distinctũ esse itelligibile. ⁊ eo ipso dicũt solũ esse obiiuũ ⁊ respectiuũ: ⁊ sic p ꝯñs nihil addunt in re ipsa ſꝫ solũ habitudinẽ rõnis in ordine ad intellectũ: ⁊ sic nihil concluditur inconueniẽs.

Exemplũ ¶ Et põt poni exemplũ cogẽs oẽm hominẽ. Certũ ẽ eniꝫ ꝙ ex natura rei ꝙ de⁹ cognoscẽdo se cognoscit oĩa alia que est distictio aliquo mõ ex natura rei in cognitione diuina. alr eniꝫ ex natura rei nõ cognoscerenĩ creature distincte. ſꝫ solũ hoc esset verũ ẽm nostrũ modum imaginãdi. qd falsũ est. Tunc ad ꝓpositũ dico: ꝙ si illud eẽ distinctũ ex natura rei hñt creature in eẽ cognito in itelligentia diuina ꝯparanĩ ad ipm deuz. ꝙ tunc nõ dicũt aliqs foĩales rõnes distictas ex nã rei ponẽtes aliqd eẽ subiriuum distictũ citra deũ, imo solũ distictũ eẽ obiiuũ dicũt i quo eẽ iportant esse distinctos respectus ad eẽntias creaturarũ extra factas vel factibiles: sic in ꝓposito. distinctio ex nã rei qua distinguiĩ ab eẽ natura in eẽ itelligibili non ponit aliquã distinctionẽ in deo subiectiue. ſꝫ solũ obiectiue in ordie ad intellectũ: ⁊ solũ distinguunĩ ẽm rõnem. vt diffuse declaratũ est dis. z. q. 1. ar. 3.

Dubium ¶ 4° dubitaĩ: qꝛ hic supponiĩ. ꝙ aliqua est ratio obiectiua eẽntie ⁊ relõnis in ordine ad intellectum diuinũ: hoc est falsũ ẽm sanctos ⁊ Phos. imo cognoscendo essentiã suã tãqꝫ obm adequatũ cognoscit relones ⁊ oĩa alia.

Rñſo. ¶ Diceret aliqs cognoscẽdo essentiã cognoscit relationes ꝑsonales: tñ qꝛ nõ põt frui eẽntia nõ fruẽdo oĩbus ꝑsonis illis. Ideo p hoc nõ est ꝓbatũ qn distincte essentia ⁊ relatio sibi obiciunĩ. Uel alr rñdẽt. ꝙ ista distictio in esse obicibili nõ poniĩ in ordine ad itellectũ dei ex natura rei ⁊ de facto sed de poss vt habeĩ in fili de attributis dis. z. q. z. ar. 3. ⁊. 4. ꝙ di de poss nõ itelligas de poss qd est ordinatũ ad actũ. qꝛ in ꝑpetuis tale posse nõ differt. ſꝫ de poss ꝙ si ponereĩ nõ dicit repugnantiã ad diuinã simplicitatẽ sed talis regula est hñ. igiĩ ⁊c.

Sã. Th. ¶ Alr põt dici ꝙ nũqꝫ dixi in ista qõne ꝙ distinguerenĩ in eẽ repñtatiuo vel obicibili in respectu ad intellectũ diuinũ sed ad itellectũ q natus esset de eis facere distinctos cõceptus vt dicit Tho. q. z. ar. 4. de itellectu creato. ꝙ qꝛ nõ cõprehendit diuinã essentiã. iõ op ꝫ deo diuersa noĩa ponere ⁊ diuersos ꝯceptus formare. quere dis. z. q. z. ar. 3. a. qualr ponit hoc ex nã rei quecũqꝫ istaꝝ dicatur teneĩ ꝓpositum ⁊ hoc sufficit.

Dubium ¶ 5° dubitaĩ ꝙ falsum supponiĩ itelligibile seu obiectũ dici ad intelligentẽ seu ad intellectũ cui obicitur: ꝯtrarium vult Phs. 5. meta. t. c. 20. ¶ Rñdeo pmo ꝙ scibile nõ diciĩ ad scientẽ accipiẽdo scibile quantũ ad p se rõnem mensure. qꝛ hoc ꝑtinet ad genus quãtitatis. tñ diciĩ relatiue quãtũ ad respectũ cõcomitantẽ (hec dicunĩ dis. z. ar. 4. ⁊ in di. 29.) vel dato ꝙ nullo modo scibile dicereĩ ad scientẽ in rõne mensure: tñ vt hꝫ rationez obiecti in rõne repñtantis sic di relatiue ad illud cui se representat p illã regulã libro pñtoꝝ. ꝙ illa relatiue dicuntur que mutuo se respiciũt oĩbus alijs accidentib⁹ circũscriptis.

¶ Nunc spãliter ꝓbo ꝙ nõ distinguunĩ ex natura rei vt adinuicẽ ꝯparantur quãticũqꝫ relatio in illa cõparatione disparata ad essentiã recipiat habitudinẽ ad oppositum. Et hoc videĩ mihi pmo ꝑꝑ decretalẽ. q̃ ex intẽtiõe determinat illã qõnem que sic saluat vnitatẽ ꝙ pr ⁊ filius ⁊. s. s. sunt oĩno solũ saluata distinctiõe ꝙ ꝑsone adiuicẽ distinguunĩ. hec sunt ꝟba decretalis. Sꝫ si relatio ꝯparata ad essentiam ex natura rei quocũqꝫ mõ distingueret vel econuerso esset alia distinctio q̃ ꝑsonalis. igiĩ ⁊c. Et põt declarari decre. cõtra ponentes formalitates sic. Et pmitto ꝙ lꝫ entitas realis eẽntie sit entitas realis paternitat: tñ entitas formalis eẽntie nõ est entitas formalis paternitatis: imo sunt due entitates formales. saltẽ nõ opposite. sed disparate: qꝛ da opposituz. s. qd sint eadẽ ⁊ vna entitas formalis: opinio illa nõ posset saluari affirmatiue. dicẽdo: ꝙ formalr distinguunĩ nec negatiue ꝙ nõ sunt eadẽ formalr. Tunc arguo. Pluralitas entitatũ inter se disparatarũ, que ꝯueniunt vni sic, ꝙ semꝑ entitates suas retinẽt actu distinctas abinuicẽ, ⁊ ab entitate tertiꝫ cui ꝯueniunt: ipsa eo mõ quo retinẽt actu suas distinctas entitates. vt sic. solũ hñt vnitatẽ aggregationis: ſꝫ entitas formalis relõnis ⁊ entitas formalis eẽntie ꝯueniunt patri ⁊ nõ vniunĩ in patre formalr nec iter se formalr ẽꝫ istos. g ẽm ꝙ distinguunĩ formalr erit ibi aggregatio pluriũ entitatũ ex natura rei. ⁊ ita nõ idẽ oĩno, qd est ꝯtra decre. Maior pꝫ. Qꝛ in hoc distinguiĩ vnitas aggregatiõis cõtra vnitatẽ simplr. ꝙ ea que faciũt simplr vnũ, nõ retinẽt suas entitates actu distinctas, z° de aĩa t. c. 7. ⁊. 8. meta. in fine t. c. 15.

¶ Et confirmaĩ ratio. Ideo eniꝫ doctores saluant decretalem optime in hoc. ꝙ pluralitas ꝑsonaꝝ realr distinctaruꝫ nõ facit aggregationẽ. qꝛ pluralitas caꝝ est pcise distinctio abinuicẽ (vt dicit decre.) nõ vnio in inuicẽ ſꝫ in ꝓposito. qñ relatio ⁊ eẽntia ꝯparãtur adinuicẽ in patre. ⁊ poniĩ ꝙ hec entitas formalis ex nã nõ est alia entitas formalis ex natura rei: hec est pluralitas vbi extrema cõparantur ẽm vnionẽ. vniunĩ eniꝫ inuicẽ in patre relatio ⁊ eẽntia: igiĩ hic non vitabiĩ aggregatio. ¶ 2° mouet me qꝛ ꝯcessa tali distictione formali ex natura rei p hoc nõ habeĩ ꝙ ꝑsone in diuinis sunt reales ꝑꝑ h tñ ponunĩ: iponũt eñi alij ꝙ si sola rõne relatio ab eẽntia differt: ꝙ suppositũ constitutũ erit suppositũ rõnis: ꝓbatio assumpti. Si. n. p distinctionẽ relõnis ab eẽntia ex nã rei volũt arguĩ supp^m reale. igiĩ tale supp^m reale arguent, qualis est distinctio: sed p eos illa nõ est distinctio realis: ſꝫ formalis solũ. g supposita diuina non erunt realia ſꝫ formalia solũ: qd est error. Quia ẽm Aug. res qbus fruendum est, sunt pater, ⁊ filius ⁊. s. s. ¶ 3° me mouet, ꝙ ad argumentũ eoꝝ seqtur, ꝙ nõ solũ relatio distingueret ab essentia ex natura rei formalr ſꝫ ex natura rei realr: arguũt eniꝫ sic. Eẽntia ex natura rei est cõicabilis, relõ ex natura rei nõ est cõicabilis. g relatio ex natura rei nõ est eẽntia ex natura rei. ¶ Arguo eodẽ mõ. Essentia realr est cõicabilis, relatio realr nõ est cõicabilis. qꝛ destrueret pma, cuius est. igiĩ realiter nõ est eẽntia qd est ꝯtra decretalẽ. ¶ 4° me mouet. qꝛ argumentũ eoꝝ qd dicunt tenere p pmũ pncipiũ de cõicabili ⁊ incõicabili p cõem conceptionẽ facile soluitur. Ubi pmitto nũqꝫ concedi ꝓpositionẽ, ꝙ paternitas nõ est cõicabilis accipiẽdo paternitatẽ vt penit⁹ est eadẽ res cũ essentia sed cõparando paternitatẽ ad terminũ oppositũ: ⁊ tunc vult decretalis duo simul dicere de paternitate. s. ꝙ pater

nitas est incōicabilis termino opposito:sic tñ q̄ est eadem res cū eēntia.Et sunt verba.Est pater qui generat filiꝰ q̄ generatur ⁊c̄.Tunc vt distinctiones sint in p̄sonis ⁊ vnitas in natura.p̄ hoc argumentū dico q̄ oȝ sic formari argumētū. Essentia est realr̄ cōicabilis:p̄nitas est realr̄ incōicabilis termino opposito.sic tñ q̄ est eadē res eēntie:⁊ seq̄tur ꝯclusio q̄ paternitas differt realr̄ a filiatione:sic tñ q̄d est eadē res eēntie.Et p̄ illud soluit̄ si format̄ in syllm̄ expositoriuȝ vt formāt alij.Hec eēntia est cōicabilis realr̄:hec paternitas nō est cōicabilis realr̄.ḡ hec paternitas nō est hec eēntia realr̄:soluitur eni p̄ additiōes positas in p̄cedenti syllō. ¶ 5ꝰ me mouet.q2 alij duo sylli quos faciūt alij discursiuꝰ.s. ⁊ expositorius facillime soluunt̄ p̄ decretalē:arguunt eniȝ. Quecūq̄ vni ⁊ eidē ⁊c̄.sed paternitas ⁊ filiatio sunt eadem eēntie realr̄.igit̄ inter se sunt eadē realr̄:soluit̄ sic.Quecūq̄ vni ⁊ eidē sunt eadē inter se sunt eadē eodē modo quo sunt idē tertio.Sȝ p̄ decretalē minor est vera/q̄d paternitas ⁊ filiatio sunt vna res que est essentia diuina.⁊ seq̄tur cōclusio q̄d paternitas ⁊ filiatio sunt eadē īter se idētitate eēntie.Et eodē mō est dicēdū ad syllm̄ istoꝝ expositoriū.Hec eēntia est hec p̄nitas realr̄.Hec eēntia ē h̄ filiatio realr̄.Igit̄ hec filiatio est hec paternitas realr̄.Uerū est realitate essentie. ¶ 6ꝰ me mouet.q2 isti non p̄nt soluere syllm̄ cōtra eos nisi ꝯcedendo cōionem p̄iculosaȝ ⁊ sibi ꝯtradictoriā.Opȝ eniȝ saluare decretalē in h̄ q̄ sunt vna res.⁊ tūc sic soluere.Eēntia est realr̄ cōicabilis:p̄nitas nō est realr̄ cōicabilis.lȝ sit eadeȝ res eēntie:⁊ seq̄tur conclusio.Q2 paternitas realr̄ est essentia lȝ sit eadē res eēntie/que ꝯtradicunt:⁊ ēt p̄ma pars est valde p̄iculosa.s.q̄ differunt realiter.

Sextus arti.Ubi per hanc viaȝ p̄nt solui auctoritates addacte in 2ᵒ arti.⁊ oīa argumēta formata de decretali in.3.ar. ¶ Ubi intelligendū est q̄ eēntiā retenta habitudine ad oppositū ꝯparari ad relōnē.p̄ōt intelligi 2ʳ. Uno mō q̄ relō cū illa habitudine p̄cise ꝯparet̄ ad eēntiā ⁊ isto mō oībus modis se tenētibus ex p̄te rei incidit in idētitatē eēntie ne sit aggregatio quarūcūq̄ entitatū ex natura rei vt visuȝ est.Alio mō vt tā eēntia q̄ȝ relō ꝯparant̄ ad oppositū:vtputa eēntia in patre ⁊ p̄nitas cōparātur ad filiationē:⁊ isto mō loquunt̄ auc̄tes Aug.q̄ eēntia ⁊ relō differunt ex nā rei:nō q̄ adinuiceȝ sȝ a termino opposito:⁊ hoc est verū saltē rōne alterius.relō eniȝ differt ab opposito.lȝ nō eēntia.Et q̄ in ordine ad oppositū ⁊ nō adinuicē p̄cise oȝ ꝯcedi ista distinctio:p̄ȝ per auc̄tes Aug.Q̄n eni dicit.nō eo ꝯbuȝ quo eēntia p̄bat:q2 verbū relatiue dr̄ eēntia ad se.igit̄ p̄ȝ q̄ dicit illa distingui.q2 ꝯbuȝ dr̄ ad dicentē.essentia nō:⁊ ita distinguunt̄ nō abinuicē p̄cise sȝ ab opposito:⁊ hic soluunt̄ sue auctoritates. ¶ Itē p̄ȝ de decretali.ponēs eniȝ q̄ eēntia ⁊ tres p̄sone sunt idē ⁊ distincte/addit vt distōnes sint in p̄sonis vnitas in natura:hoc p̄ȝ.q2 ponēs vnitatē ⁊ distinctioneȝ nō loq̄tur de distinctione eoꝝ adinuicē p̄cise sȝ de distinctione oppositiōis que est in p̄sonis distinctis.⁊ sic p̄cesserunt oēs ille deductiones tā de Aug.q̄ȝ de decretali.

Instantia ¶ Dices.si eēntia ⁊ relō differūt in plurali a quocūq̄ siue abinuicē siue ab opposito.ḡ opȝ q̄ mō quo differūt in plurali respectu alicuius q̄ differāt ab illo.al̄r enim nō erit verus sermo:q̄ differūt in plurali:⁊ ita seq̄tur q̄ sicut paternitas ab opposito ex nā rei sic ⁊ eiꝰ differat essentia. ¶ Respondeo.

Responsio. dico q̄ paternitas ⁊ patris eēntiaȝ differre a filiatione potest intelligi dupliciter.Uno modo quia habēt in se pluralitatē neutralitatis hoc est habent talē pluralitatē q̄ si cōparentur ad tertiū:neutrū eorū ex natura rei p̄ōt eē ideȝ.3. sȝ filiatiōi.Alio modo q̄ habēt in se pluralitatē alteritatis tm̄.hoc est q̄ h̄nt pluralitatē talē q̄ si ambo cōparent̄ in.3. in altero eoꝝ inuenit̄ alia rō ex nā rei.quare vnū nō est idē 3.Et q2 aliq̄d respectu tertij negat̄ de vno q̄d non negat̄ de altero.ideo p̄p affirmationē vel negationeȝ quā h̄nt in mō loquēdi surgit in eis q̄daȝ pluralitas:iste scd̄s modus est in p̄posito ⁊ de p̄mo petit obiectio.q̄re ⁊c̄.Et per idē ponunt argumēta in p̄mo ar.in fine.2.Imaginant̄ enim ad hoc q̄ relatio ꝯstituat p̄sonā in eē reali vt ꝯparatur ad essentiā vt ad fundamentū.q̄ sic oporteat aliā rē vel modū realeȝ apponere:q̄d nō est verū.sufficit eni q̄ s̄m q̄d relō ⁊ eēntia cōparantur ad oppositū sic dicat relō realē dr̄iam ad oppositum ⁊ nō adinuicē.nō.n.oȝ distinguere eēntiā.sȝ p̄sonas p̄ decretalē. ¶ Per idē p̄nt solui oīa eadē argumēta de ente in alijs locis facta.Imaginant̄ eniȝ q̄ passiones entis differant formal̄r cōparate ad ens.⁊ tñ q̄ sunt simplex essentia cū ente q̄d nō est verū.s̄m iaȝ dicta:si eniȝ differāt ex natura rei vt ad ens cōparata.opȝ q̄ ponāt aggregationeȝ cum ente quātūcūq̄ modicā:lȝ sint eadē res simplex substractiue cū ente.P̄ōt eni dici vno mō q̄ in creaturis nō vr̄ ip̄oꝛe q̄ sit talis aggregatio formal̄r cū re:nec Arist.4.meta.t.cō.23.negauit aggregationē talē in ente ⁊ suarū passionū.sȝ solū aggregationē diuersarū rerū.Uel q̄ vellet saluare q̄ nullo modo ex p̄te rei eēt aggregatio posset tenere s̄m p̄us dicta q̄ nō differāt aliquo modo ꝯparate ad ens:sȝ solū in eē obijcibili in ordine ad itellectū. ¶ Ad hoc dis.2.q.2.arti.3.

¶ Distinctio.XXXV. ¶ Questio.I.

¶ Cūq3 supra disseruerimus ac p̄la dixerimus de his que cōiter s̄m substantiaȝ de deo dicuntur/eorum tñ quedā specialē eflagitant tractatuȝ: de q̄bus ammodo tractandū est.i.de sciētia/p̄scientia/p̄uidentia/dispositiōe/predestinatione/voluntate/⁊ potentia.⁊c̄.

Utrum efficaci rōne posset p̄bari deū habere sciētiaȝ de alijs a se.Et videt̄ q̄ nō.Q2 p̄hi īuenissent eam q2 fuerūt soliciti in hoc:sȝ ipsi ponūt ꝯriū.igit̄ ⁊c̄.

Contra. Ondi p̄ōt q̄ est infinite sciētie.q̄d nō eēt nisi oīum h̄ret sciam. ¶ Hic ponā errorē.qui iponitur eis. ¶ Scd̄o ondā q̄ ille error male iponitur eis eo q̄ si sic errassent:errassent ꝯ p̄nᵃ p̄hie p̄p̄ie. ¶ Tertio ondaȝ q̄ etiā ꝯtēma rn̄sio quā dant p̄ Cōme.q̄ istū errorē sibi iponunt ad argumēta istius.2.ar.peccant cōtra p̄hiam. ¶ Quarto descendā ad theologiā ingrendo:an modus quē ponūt q̄dam de cognitione creaturarū sit demonstratiuus.

Primus articulus.Ubi dico q̄ istaȝ q̄ōnem mouēt p̄hi.⁊ Cōmē.12.meta.versus finē.t.c.51. ⁊ arguunt q̄ non. ¶ Si intelligit aliud tunc substātie eiꝰ non erit actio eius:p̄bant ꝯriūm.Q2 si intelligit aliud subā eius erit in potētia/⁊ p̄ficietur necessario p̄ hanc actionē/sicē intellectꝰ in nobis p̄ficit̄/cū itelligit:hoc est impoꝛe.igit̄ ⁊c̄. *Arg^m 1* Impossibilitatē ꝯn̄tis p̄bant.Quia si p̄ficiatur p̄ actionem dr̄ntē ab eo.tūc seq̄t̄ q̄ nō erit nobilissimū oīuȝ entiū/q2 illud.p̄ q̄d p̄ficitur est nobiliꝰ ip̄o.q2 p̄fectio ē nobiliꝰ p̄fectibili. *Arg^m 2* ¶ Itē.Illō ē p̄ᵐ q̄d p̄ōt eē sine alio.4.phy.te.c.7.igit̄ ex opposito si p̄mū p̄ncipiū nō p̄ōt esse sapiēs.nisi itelligat ad extra seip̄m/nō erit p̄imū. ¶ Confirmat̄.hoc eniȝ nō est p̄imum:q̄d est p̄ esse alterius. *Arg^m 3* ¶ Iteȝ.Illud/q̄d intelligit q̄dcūq̄ itelligibile itellectus eius obseq̄tur illud q̄d intelligit q2 semp̄ est sub eo in ordine:sȝ manifestū est q̄ intellectus diuinus est valde p̄fectus ⁊ nobilis.igit̄ nō potest aliquid ex̄ se itelligē. *Arg^m 4* ¶ Itē.Oē q̄d itelligit aliō trāsmutat̄.⁊ oē q̄d trāsmutat̄.poꝛe est q̄d trāsmutet̄ in vilius se. *Arg^m 5* ¶ Itē.Intellectus talis eēt exiens de potētia in actū/⁊ omne tale mouetur a motore/ideo deus mouetur ⁊ patitur ab alio. *Arg^m 6* ¶ Iteȝ. Aut intelligit successiue.aut subito:si p̄mo modo.tūc necesse est

se est

se est vt successio intellectionu faciat ei lassionem/qm vult numerare ea simul/sed subito. tunc etsi lassitudo nõ pueniat. ptingit tñ q̄ sit multitudo itellecto4. ¶ Itẽ. Si deus itelligit alia a se/seqtur vt nobilitas sua sit itelligẽdo vilia.q2 pncipiũ nobilissimũ nõ acqrit nobilitatẽ nisi p actionẽ suam/ sicut ẽt noster itellectus nõ acqrit nobilitatẽ. Si ergo de9 itelligit vilia/pueniet vt nobilitas sua sit in intelligẽdo vilia.

Arg9 7°

Rñ9 ad

¶ Si dicatur cõtra eos:q̄ est iperfectionis nõ cognoscere. Rñdet Cõmen.q̄ nõ est iperfectionis:q2 nõ videre quedã est melius q̄ videre.s.vilia. ¶ Si iterũ dicat ptra. Uidere est melius simpliciter q̄ non videre/igitur melius est cuilibet videre quodlibet q̄ non videre: ideo deo est melius. Respondet.q̄ lz videre sit nobilius q̄ non videre/non tamen necesse est q̄ sit simpliciter melius/ sed precise quo ad visibilia nobilia. ¶ Si iterum dicat q̄ inconueniẽs vi q̄ ipse ignoret ea:que sunt hic. Rñdet Cõmẽ.q̄ ignorare vilia est melius q̄ scire. ¶ Sz alr rñdet Cõmẽ.in fine.s.q̄ neq3 scit ea:neq3 ignorat.neq3 sciẽtia bo4m neq3 ignorãtia inata est sibi in eẽ. Posset poni exemplũ/sicut si dicerẽ/lz currere sit melius q̄ claudicare/nõ tñ seqtur/q̄ deus currit:q2 neutrũ isto4 natũ est sibi in eẽ.q2 ambo sunt vilia. ¶ Itẽ. Contra hoc arguit Themistius ibi.de9 itelligit se pncipiũ oiu3/ igit cognoscit oia/respectu quo4 est pncipiũ. Ad illud Cõmentator rñdet p dicta q̄ nõ cognoscit se eẽ pncipiũ oium. q2 sicut nõ cognoscit vilia/ita nec cogscit se in re° ad vilia.

Arg9 8°

Secundus

articulus. Ubi ex ppositionibus pcessis ab eis pbatur ptrariũ/z per pñs eis iponitur falsu3.z tangit rõnes Tho.libro pmo ptra gen.ca.50. nec dico has demõstrare:s3 pbare q̄ Cõmen.tenet ptrium.

S. Tho.

¶ Primo sic. Ex generali rõne cause. Deus est cã omniu3/ fm Phm z Cõmẽ.tunc sic.pfecte cognita cã pfecta cognoscuntur oẽs eius effectus/quantũ ad totũ:qd in eis est.quia effectus depẽdet a cã sua pfecta fm totũ esse suũ.s3 deus pfecte cognoscit se/vt etiam vult Cõmen.ergo cognoscit oẽs cãs quo ad totũ suũ esse.s.cõe z ppriũ/z ita distincte. ¶ Itẽ. Ex spãli rõne cãe. Omne cãns per intellectũ h3 cognitionẽ rei agibilis vel factibilis quantũ ad eius ppria.q2 cognitio cognoscẽtis determinat formã ppriã cogniti. Sed deus est cã creatura4 p intellectũ:cũ suũ eẽ sit suũ itelligere.vt etiã vult Cõmẽ.hic.g̃ zc. Qd aũt moueat p intellectũ: Cõmẽ.dicit.12.cõ.37. ¶ Itẽ. Ex pditione cãto4um sic. Distinctio rerũ nõ est a casu/q2 videmus ordinẽ certũ/etiã fm Cõmen. z Phi.q2.12.in fine vult q̄ oia sint ordinata.t.cõ.52.p se respectu pmi pncipij.g̃ distinctio est ab aliqua cã pcedente talẽ distinctionẽ:nõ a natura/q2 natura semp determinatur ad vnũ nõ ad multa.igit ab itellectu. Sz itellectus nõ intẽdit illã distinctionẽ nisi cognoscẽdo illã distinctionẽ z distincte:z certũ est q̄ nullus creatus intellectus põt pudere oia creabilia distincta.q2 itellectus iste creatus est vna de multitudine creatura4/z ita nõ potuit pintendere se antẽ eẽt. g̃ intellectus diuinus pintendit oẽm distinctionẽ ita z pcognoscit. ¶ Itẽ. Ex pditiõe obiecti.s.ex pte entis/arguit sic. Deus cognoscẽdo esse suũ h3 cognitionẽ entis.z hoc ẽt vult Cõmen.hic:s3 qcquid deus cognoscit pfecte cognoscit.igit pfecte cognoscit ens:sed nõ cognosceret ens/nisi cognoscerent iquantũ ad oẽs determinatos gradus entis.z quantu3 ad oẽs pprietates entis.z qñtũ ad accidẽtia eius que sunt vnũ z multũ.idẽ z diuersu3.igit distincte cognoscit omnia. ¶ Itẽ. Ex pte cognoscẽtis sic. Qdcũq3 cognoscit se/pfecte cognoscit oia:que in ipso ptinent.z cognoscit se modo quo ipm alijs est cõicabile:s3 oẽs creature in deo ptinentur.oẽs eni3 forme/que recipiuntur in mã/sunt in pmo motore fm Cõmen.12.meta.cõ.18.z cõicant se illis fm distinctas rõnes creatas.g̃ pfecte cognoscẽdo se cognoscit oẽs creaturas quantũ ad oẽs rõnes pprias earũ distinctas. ¶ Iste rõnes sunt rõnes Phi.z Cõmen.vt apparebit di.39.ar.1.vbi declaratur positio eorum.

Arg9 p°

Arg.2°

Arg9 3°

Arg. 4°.

Arg9 5°

Tertius

articu. Ubi ad argumẽta dicerent sequaces Cõmen.q istu3 errorẽ sibi iponunt/q̄ rõnes nihil valent q̄tũ ad demonstrandũ ppositũ. ¶ Q2 p9m. q̄rtum.z quintũ vnico verbo soluunt. Nã qm di in pmo q̄ cognita cã pfecte cognoscunt oẽs eius effectus zc. Et qm dicit in q̄rto q̄ qm deus pfecte nõ cognosceret ens/nisi oia cognosceret in ente. Et qm di in 5°:q̄ q cogscit se/pfecte oia cognoscit/que ptinentur in eo. Dicendũ q̄ est verum/nisi cognitio esset talis.que repugnaret pfectioni itelligẽti. Sz dicerẽt q̄ sic est hic.q2 p hoc vilesceret itellectus perfecti.quare zc.

Ad p° z 4° 5°.p. arti.

¶ Ad 2m dicerent Phi.q̄ deus agit de necessitate nature. nõ a pposito.qm dicit q̄ deus agit p intellectũ/dicerẽt verũ esse p intellectione3 sui/non itelligẽdo creaturas. ¶ Ad tertium dicerent Phi q̄ deus pintendit distinctionẽ creatura4 per intentionẽ nature/nõ itellectus. Et qm di natura determinat ad vnũ.dicerẽt q̄ verũ est de agente naturali/ nõ equoco:vt p3 de sole/q agit mõ nature.nõ tñ determinatur ad vnũ.sed ad oia pducenda.deus aũt est agẽs equocũ. quare zc. ¶ Alr qm di:natura determinat ad vnũ.verũ est de natura cãe ptialis/non vlis. ¶ Contra hanc rñsionẽ arguitur. Q2 magis repugnat deo facere vilia/q̄ cognoscere: sed deo nõ repugnat q̄ sit cã oiu3 creatura4/que a Cõmẽtatore vocant vilia.g̃ zc. pbo minorẽ. Q2 tã Phs q̄ Com. cõcedunt deu3 esse cãm oiu3.7.t.c.3.4.5.6.phy.z.8.t.c.45.z 54.z.78.vbi vult q̄ sit vna cã p° oiu3. ¶ Ad pfirmationẽ huius argumẽti facio vnã rõnem ad ipm sic. Q2 Phs diceret.q̄ de9 nõ est cã oiu3 effectiua/vt pbatur li.2.di.1.q.1.Et pclusio meta.sue/fm Auic.deus pducit nobilissimã intelligentiã/z illa aliã/z sic deinceps. ¶ Sed ista rñsio dat ppositũ:q2 ibi q dicunt q̄ nõ põt demonstrari q̄ deus est causa effectiua oium.dicũt tñ q̄ demonstratiue põt pbari deũ eẽ cãm finalẽ oiu3/tunc sic. Magis repugnat deo q̄ tẽpore sit finis oium viliũ/q̄ oia vilia ordinant in ipm/vocando creaturas vilia:vt vocat Cõmẽ.z q̄ cognoscat vilia vt p se3 q2 res specificant magis a fine q̄ ab agente vel ptingente. Sz fm q̄ assumit ratio demonstrari põt/q̄ deus est cã finalis oium viliũ.g̃ põt determinari deu3 cognoscere vilia.

Ad scõm

Ad tertiũ

Instantia Arg9 p°.

¶ Itẽ. Cõprehendẽs finem/cognoscit oia ordinata vel ordinabilia in finẽ.q2 alr nõ cõprehẽderet finis:si eni3 nõ cõprehenderet in se absolute.z vt terminus ordinato4 alio4 in ipm/nõ eẽt cõprehẽsio. Sed de9 est finis oium.12.meta. t.c.52.ẽt fm Cõmẽ.cognoscit se/z cõprehẽsiue:z queli3 creatura fz quẽlibet modũ eẽndi sui est ordinata z ordiabilis i deũ/vt pbat.12.meta.q2 alr entia eẽnt fz aliqd eẽ sui male disposita.ergo deus cõprehẽdendo se finẽ oium cognoscit oẽs creaturas fz quẽlibet modũ eẽndi/z per pñs i vli z ptiulari. ¶ Itẽ. Idez argumentũ põt fieri de deo/vt est causa formalis exẽplaris oiu3 sic. Cõprehẽdẽs exẽplar cognoscit oia exẽplata fm oẽ esse exemplatũ suũ:q2 alr nõ cõprehenderet exẽplar:si eni nõ cognosceret vt est terminus exemplatorũ nõ cõprehenderet.q2 pprehensio est/qm nihil latet cognoscentẽ. Sz deus est exẽplar oium.ergo cognoscendo se zc.sed eẽ fm qdlibet esse suũ exẽplata sunt in deo/q2 alr nõ eẽt causa formalis totius esse creature.ergo zc. pbo mi. Quia cũ Phi pcedunt deũ esse cãm formalẽ respectu toti9 creature.nulla appet rõ quare nõ sit cã formalis exẽplaris. q2 cã formalis exẽplaris di maxime in reb9 itelligibilibus: sed de9 ppriissime est suũ itelligibile.igit zc. ¶ Cõfirmat rõ pncipalis.q2 ex hoc põt pbari q̄ deus nõ vilescit in causando creaturas:q2 causat vnũqdq3 fm q̄ conuenit illi causari/z fm q̄ cõuenit ad decorem vniuersi:sed si alr cãret q̄ sic/tunc vilesceret.ergo eodez modo si deus intelligit vnũqdq3 creatũ fm tale esse qd cõuenit sibi/nõ vilescit eius in

Arg9 6°

Argumentũ tertium.

tellectus. Sz creature conuenit tale esse. qd sit obiectū secūdarium quo ad esse suū tam ꝑticulare q̄ vniuersale. igit̄ si deus cognoscit creaturā tanq̄ obiectū scd̄arium. ⁊ in cōmuni ⁊ in spāli. nō vilescet eius itellectus. verū est tn̄ ꝙ si itelligeret alr̄ eas/ q̄ eis ꝯuenit/ puta/ ꝙ itelligeret eas tāq̄ pͥmaria obiecta/ vilesceret eius itellectus. ¶ Per idez pꝫ ad Cōmen. qn̄ dicit. ꝙ vilesceret itellectus eius/ si itelligeret vilia. s. creaturas. dico ꝙ nō est verū/ nisi itelligeret alr̄ eas q̄ ꝯuenit eis itelligi/ vt puta si itelligeret eas vt obiectum mouens/ vel terminans eius cognitionē/ tunc vilesceret/ sz si secūdario ⁊ ꝯsecutiue. Nota de hoc plene dis. 39. ar. 1. eas alr̄ q̄ ꝯuenit eis ꝓduci. s. vt pͥncipale intentū ab eo. ¶ Confirmari posset rn̄sio appenter qꝛ si deus produceret res sic ꝙ acqreret sibi ꝑfectionē ex hoc/ vt ꝓtendit pͥmū: ar. ergo vilesceret. ⁊ eodē modo si itelligeret res acqrendo scientiam ex eis/ vt ꝓtendunt alia argu. vilesceret. Et per illud vnicuꝫ v̄bum soluunt̄ oīa argu. Cōmē. qꝛ ꝓbant solū ꝙ nō pōt itelligere inferiora ista acqrendo sibi sciam ab his. qꝛ tūc esset itellectus in potētia/ ⁊ eēt transmutabilis ⁊ posset mutari in vilius/ sicut oē transmutabile. ¶ Et ideo Cōmē. In fine videbat̄ se explanare. Primo quo ad ꝯclusionem/ quā tenet. vbi dicit ꝙ inconueniēs ꝯtingit illi. q dicit ꝙ deus sit ignorās ea. q̄ sunt hic. vult igit̄ ꝙ deus scit ea. Scd̄o. dicit ꝙ cognoscit alr̄. q̄ nos/ dicens. Qꝛ hoc nomen scia dī eq̄uoce de sua/ ⁊ nostra causata ab ente. scia dei est cā entis. Ergo respōdendo ad argu. vult dicere. ꝙ verū cōcludunt/ ꝙ deus non pōt scire ista inferiora cāta ab eis. Et ideo fundamētalr̄ in fine cō. determiauit. qualr̄ est vex. ꝙ pͥm⁹ motor nō disponit̄ ꝑ sciaꝫ/ neq̄ vl̄ez neq̄ ꝑticularē de istis iferiorib⁹/ ⁊ dic̄ ꝙ nō disponit̄ per sciam que est in nobis neq̄ ꝑ eorū ignorantiā/ que est opposita. qꝛ deus nō est natus disponi ꝑ alterum eoꝝ. Ecce solū negat deū scire ea que sunt hic/ modo quo nos apti sumus scire/ argumēta sua alia per idem.

Intellc̄o diuin⁹ itelligēs alia ñ vilescit.

Intentio Cōmen.

Sco. **Quartus** articulus. Ubi qdaꝫ distinguunt. s. Sco. ꝙ obiectū ad potentiā 2ͬ cōparatur. Uno⁹ in rōne mouētis/ alio mō in rōne terminātis. ¶ Primo mō. creatura nō pōt eē per se obiectū itellectus diuini. qꝛ nihil mouet vel agit nobili⁹ nec actione vniuoca nec eq̄uoca: sed itellectus diuinus est nobilior creatura. accepta creatura vt distinguit̄ ab intellectu diuino extra siue in mente diuina. igit̄ ⁊c̄. ¶ Itē. Modus agēdi sequit̄ virtutē agētis: sꝫ creatura est finita. igit̄ si agit in qd̄cūq̄ siue in itellectū creatū/ siue i icreatū aget mō finito: ⁊ ita si agit i itell'ꝫ diuinū cādit in itellectu diuino finita. ⁊ ita vilesceret ei⁹ itell's. Nec 2⁹ modo pōt eē per se obiectū itellectus diuini/ ita ꝙ sit eius primū obiectū ⁊ ꝑ se pͥmū terminās eius actū. Qꝛ obiectū primo terminās actū alicui⁹ potētie/ necessario exigit̄ ad actū illū. visio enī ⁊ quelibet actio reqͥrit necessario aliqd/ ad qd̄ terminet̄. nulla aūt creatura necessario reqͥritur ad actū itellectus infiniti. qꝛ si aliqd aliud a se reqͥreret/ ipm ex se non esset essentialr̄ infinitū. Et addit. Tn̄ intelligendū est ꝙ aliquid creatū pōt terminare actū intellect⁹ diuini tāq̄ obiectum scd̄arium terminās. qꝛ obiectū scd̄ariuꝫ nō necessario coexigit̄ ꝓpter actū. qꝛ nō mensurat/ sꝫ primariū ꝓcise exigitur ꝓpter actū ⁊ ad pͥmū sequitur scd̄arium: ⁊ pͥmuꝫ solum mensurat actū. Sꝫ ista sunt inconueniētia que sequerent̄ si creatura terminaret actū itellect⁹ diuini. s. ꝙ creatura necessario exigeret̄ ad actū itellectus diuini: ⁊ ꝙ finitaret ipsum ⁊ mensuraret. igit̄ ⁊c̄. ¶ Itē. Intellectus diuinus extēdit se ad totū ens. ergo cognoscit qūelibet gradū entis saltē scd̄ario: ⁊ ita creaturas oēs ꝓm oīa sua esse. ꝓbat̄ aīs. Qꝛ ens est primū obiectū itellectus sꝫ pͥmo obiecto opꝫ corrn̄dere aliquā potentiā. igit̄ aliqs itellectus extēdit se ad totū/ qd̄ magis videretur de itellectu diuino. pꝫ ergo ꝯn̄s: ꝓbatur aīs. Qꝛ ꝙ itelligibile nō cognoscat̄ a potētia. hoc videt̄ ipedire excellentiā obiecti ⁊ debilitatē potētie: sꝫ ista nō hn̄t respectu cognitionis diuine: vel hoc videtur impedire iperfectionē obiecti qd̄ ēt nō hꝫ locū in deo. qꝛ ꝙ cognosceret itelligibile qd̄ deficit in itelligibilitate h̄ arguit maiorē virtutē in cognoscēte ⁊ intensiorē: nō aūt arguit oīno ipossibilitatez vnde Phs̄ de sensu ⁊ sensato: si sensibile ꝓm visuꝫ diminueretur ⁊ fieret minus in infinitū oporteret visuꝫ crescere in infinitū ꝓm magis. Sꝫ potētia dei itellectiua est infinita in ꝑfectione. g̊ pōt itelligere qd̄cūq̄ debile itelligibile. ¶ Iteꝫ ꝓbatur illud vltimū. Quelibet differētia specifica ⁊ indiuidualis dicit certū gradū entis: sꝫ vnūqd̄q̄ sicut se hꝫ ad eē. sic ad cognosci. g̊ quelibet dr̄ia specifica ⁊ indiuidualis hꝫ certū gradū itelligibilitatis. Sꝫ itellectus diuinus respicit totū itelligibile. igit̄ ⁊c̄. ¶ Itē. Cōprehendēs aliqd vt cām cōprehendit oīa ad que sua causalitas se extēdit. ista ꝓpositio si nō sit vera sic. ꝙ eodē actu cognoscat se ⁊ alia ad que sua cā se extēdit. sicut in eodeꝫ actu cognoscimus pͥncipia ⁊ ꝯclusiones. sic nec est idē habitus principiorū ⁊ ꝯnum. tunc sic est vera: ⁊ g cognoscit cām cōprehensiue ⁊ quātū cognoscibilis est in eo est potētia ad cognoscendū illa oīa ad que cāūlitas se extēdit. Sꝫ itellectus diuinus cōprehendit essentiā diuinā que est cā oium creabiliū. ergo in eo est potentia ad oīa creabilia cognoscēda/ saltem tanq̄ scd̄ario obiecta. Itē. Essentia diuina est diuersimode imitabilis. ⁊ ꝑticipabilis a creaturis. g̊ deus cōprehendendo suā eēntiā ꝑfecte cōprehendit se ꝓm oēs illos modos ꝓm quos est imitabilis a creaturis Sed non ꝯprehēderet se ꝑfecte ꝓm illos modos imitabilitatis nisi cognosceret saltē scd̄ario illas imitabilitates illarū imitationū que sunt spāles entitates creaturarū. g̊ salteꝫ tāq̄ scd̄aria obiecta cognoscit oēs spāles entitates creaturarū. ¶ Itē. Quicqd ꝯtinet̄ in alio virtualr̄ ꝯtinetur in ipso intellectualr̄ salteꝫ scd̄ario: sed in deo ꝯtinentur oīa. ergo ⁊c̄. ꝓbo. Qꝛ nihil est in cā scd̄a nisi qd̄ eminētius cōtinetur in cā p̊ͣ. a cā p̊ͣ. n. hꝫ scd̄a cā ꝙ ꝯtinuat suo ꝓprio mō: sicut enī a cā pͥma hꝫ suū eē sic hoc hꝫ a cā p̊ͣ: cū ergo pͥma hꝫ illud ꝑfectius ita ⁊ virtualr̄ cōtinet oīa ⁊ cāūlitates oium. ¶ Ista positio/ quātū ad pͥmū dictū suū/ qd̄ dicit deum nō cognoscere creaturā: siue ꝙ creatura moueat itellectū diuinū ad sui conceptū. ꝯceditur cōiter ab oībus. Qd̄ autē dicit ꝙ creatura aliquo mō sit obiectū terminās cognitionē diuinam saltē scd̄ario. falsuꝫ est. Aureo. hoc ꝓbat dis. 55. q. 2. ar. 1. ⁊ tenet pro veritate: nihil extra deuꝫ obyci itellectui diuino/ nec ꝑ moduꝫ obiecti primarij. nec scd̄arij: ⁊ hoc in rōne terminantis vt ꝓbat ar. 1. ⁊ deducit arti. 2. ¶ In pͥmo ar. arguit. Ad hoc impoīe est ꝑfectionis in deo ꝙ depēdeat a nō deo quoquomō. qꝛ bonoꝝ nostroꝝ nō ⁊c̄. Sꝫ si itellect⁹ diuinus terminaret̄ ad creaturas scd̄ario quoquomō. intellectio diuina dependeret a nō deo. ergo. ꝓbatio minoris. Impossibile est eniꝫ itellectionē ad aliqd̄ obiectū manere sine illo obiecto. ⁊ per ꝯn̄s ab eo dependet: ⁊ dicit ꝙ hec est demonstratio Aristo. qd̄ sic possit formari. Primū est necessariū perfectū. qd̄ nō ꝑficitur per aliqd extra se nec efficiēter nec formalr̄ nec coexigent̄: sꝫ homo eēt si aliqd extra se necessario determinaret eius intellectionē: probo. Quia illud aliqd̄ coexistēs quoquomodo faciet ad intellectionē: sꝫ itellectio est ꝑfectio itelligibilitas. g̊. ¶ Itē. Si sic. seq̄t̄ ꝙ diuisio ꝯtinui totalr̄ euacuatur: ꝓbatio ꝯn̄tie. Qꝛ si nō. ergo aliq̄ ꝑtes remanent. vlterius diuisibiles in potētia: si ergo itellectus diuinus natus est terminare intellectionē suā circa illas ꝑtes in potētia. ergo oporteret ꝙ intellectū diuinuꝫ eēt in potētia. hoc est ipossibile. ergo. ¶ Iteꝫ. Si sic. sequit̄ ꝙ sit infinitū quātū in actu. ⁊ infinitus numerus in actu. ⁊ ifinite spēs reꝝ: ꝓbatio Cōmē. Qꝛ itellectus diuinus videt simul ⁊ nō successiue oīa possibilia addi. siue quātū ⁊c̄. cum hec sint infinita. ergo videt quantū infinitū: ⁊ numerū infinitum

3 Sco.

Aureo.

Arg^m 1^m

Arg^m 2^m

Arg^m 3^m

nitum: & spẽs infinitas. Sȝ hoc est impo͠le. qꝛ eẽnt eque hec

3 Marco.

infinita posita i actu. ¶ Ista reprobatio deficit. Primo. qꝛ nihil ꝓbat ꝯtra opinantẽ opinãe. n. nõ vult ꝙ creatura terminet intellectionẽ diuinã scḋario. sic ꝙ dei cognitio depẽdeat a creatura: & ꝑ tanto terminet scḋario. qꝛ intell͛s diuin⁹ in virtute p̊mi obiecti transit vsq̄ ad cognitionẽ creature & & nõ penitus vltimate sistit circa p̊mũ obiectũ: sȝ iste reprobat p̊mũ intellectũ & nõ illud 2ᵐ. lȝ sit reprobabile vt patebit dis. 39. ergo insufficiẽter. ¶ Itẽ. Nõ valet confirmatio cũ dicit. ĩpossibile est itellectionez terminari ad obiectũ qḋ nõ manet. ¶ Alius rñdet. ꝙ verũ est si determinaret tanq̃ habẽs in se rõnem obiecti p̊mary: sȝ si in virtute alteri⁹ primary manẽtis in cuius v̊tute eque bñ transit sup ea que nõ sunt sicut que sunt adhuc tunc nõ oporteret. ¶ Itẽ. Nec valet confirmatio Aristo. qꝛ scḋarium terminãs nõ ꝑficit. imo solũ primũ in cuius virtute cognoscit̃ scḋarium. nec mouẽt alia. Quia diceret Sco. ꝙ nõ seq̇tur si itellect⁹ diuinus terminet̃ ad ista ꝙ ꝑ͛ hoc acq̇reret sciam ab ꝗs nisi terminaretur ad ea sicut ad primũ obiectũ. qꝛ tota notitia dei acq̇ritur respectu obiecti & in v̊tute eius ab eterno respectu aliorũ. ¶ Ad vltimũ diceret ꝙ nõ seq̇tur põt infinitũ in potẽtia a deo itelligi. g̊ ꝓduci. nisi addat̃ ꝙ itelligeret̃ vt ꝓducibile hoc est falsũ. qꝛ deus nõ itelligit ꝯtinuũ habere possibile diuidi in infinitũ vel numerꝫ in additiõe vt illa possibilitas sit reducibilis ad actũ. Propter qḋ ista opinio Sco.

3 Sco.

in dis. 39. ostẽdetur falsa. ¶ Sed hic itẽꝝ ostẽdo eã falsã ex ꝑprijs dictis. Ubi intelligẽdũ ꝙ aliq̇d põt dici termin⁹ ter-

Obm terminãs 2ᶜ dicitur.

minãs. Uel ꝓprie & sic vocat̃ terminus sup qḋ trãsit actio agentis & in quo sistit actio & finit̃: & intãtũ req̇ritur ꝙ actus nõ esset si termin⁹ nõ esset: vt pȝ in gñatiõe subali & accñtali & in opationib⁹ anime. Uel ĩpropie & metaphoͨᵉ & sic dicitur termin⁹ qḋ vltimũ est in eẽndo post actionẽ. ẽt lȝ actio terminet̃ ad aliq̇d aliḋ primũ ad qḋ illud vltimũ ꝯseq̇t̃: sicut relatio seq̇tur fundamentũ ꝓductũ. Qḋ ergo doctor dicit. ꝙ cognitio diuina terminat̃ ad creaturã scḋario. Dico ꝙ hoc est falsũ accipiẽdo terminare vere & ꝓprie. imo sic nullo modo terminat̃ ad creaturã. De hoc q̇oli. 1. q. 1. arti. 3.

Arg⁹ p⁹

¶ Preterea. falsitas huius appet ex rõne qua ĩpiemet doctor iducit: dicit eniȝ. ꝙ creatura nõ est primũ obiectuꝫ terminãs itellectũ. qꝛ nõ necessario req̇ritur ꝑ͛ actũ intellect⁹ diuini. ergo ꝙ nec mõ req̇ritur ꝑ͛ actum itellectus diuini. nullo mõ terminat actũ itellectus diuini. & per ꝯñs nõ scḋario: loquẽdo semꝑ de verũ terminare & ꝓprie. Sȝ creatura nullo mõ req̇ritur ꝑ͛ &c̃. g̊ &c̃. ꝓbatio h⁹. Prio qꝛ de⁹ eq̃ cognoscit nõ entia sicut entia. Scḋo qꝛ si aliquo mõ creatura exigeret̃ vt obm terminãs vere. seq̇tur ꝙ eẽntia diuina illũ modũ ꝓpter quẽ exigit̃ creatura non hȝ ex se. Quia dato ꝙ sic. erũt due cause eiusdẽ effectus quaꝝ altera in rei veritate sup͛fluit: sȝ ꝙ eẽntia diuina illũ modũ nõ habeat ex se est impo͠le. qꝛ nõ eẽt obiectũ adequatũ respectu sui intell͛s.

Arg. 2ᵐ

ergo &c̃. ¶ Itẽ. Dꝫ nullo mõ vere terminat. ꝓbo. Qꝛ da. ꝙ cãlitas: qua agens p̊ncipale ꝓducit formaꝫ subalem in mã. cãlitatẽ nullã haberet sup accidẽtia. quã nec scḋario nec p̊mario. sȝ solum imaginat̃ ꝙ actio principal͛r total͛r sistat se ad formã subaleꝫ. & ꝙ accidẽtia ꝯñia statiꝫ resultant in eẽ ꝑ modũ cuiusdã seq̄le sine ol cãlitate: sicut aliq̇ imaginãtur ꝙ ꝑ hoc ꝙ fundamentũ rõnis ꝓducit̃ in eẽ resultat relatio in eẽ ꝑ modũ cuiusdã seq̄le cũ hoc ꝙ agens cãsalitate nõ ꝓducat ipm. Hoc posito. est manifestũ ꝙ rel͛o nullo modo nec p̊mario nec scḋario est terminus actionis. imo oibus modis sistitur actio anteq̃ rel͛o incipit eẽ. Sȝ hec est positio Phi & Cõmẽ. 2. c. 51. z. ꝯtra Themi. ꝙ actus itelligẽdi dei. sistitur ad ꝓpriã essentiã & nullo mõ transit sup creaturas: sȝ ꝑ hoc sistit se sup cognitionẽ suã. qꝛ ꝑfectionẽ actus sui resultaret cognitio creaturaꝝ ꝑ modũ cuiusdã seq̄le.

ergo iste doctor nihil ꝓbat contra Phm & Cõmen. in ista q̊ne: ꝓbo minorẽ. Dicit eniȝ Cõmẽ. ꝯtra Themi. ꝙ Arist. dicit ꝙ deus scit se tñ. & tñ nõ dĩ ignorare reliqua sicut qui scit naturã caloris ꝑ essentiã nõ dĩ nõ scire calorẽ in reliq̇s calidis: vt dicit Cõmen. hic aũt dicit ꝙ scit se tñ, ly tñ, que est dictio exclusiua iprimit ꝙ actus suus oibus modis terminat̃ & sistit̃ ad se. & nll͛o mõ trãsit sup alia. Qḋ aũt addit: ꝙ tñ non dĩ ignorare reliqua: innuit ꝙ saltẽ cognoscit illa resultat iue. i. ꝙ ad cognitionẽ sui resultat cognitio aliorũ a se. igit̃ pȝ minor. ¶ Ex istis trib⁹ põt formari vna rõ sic. Illḋ nullo mõ req̇ritur in rõne obiecti cogniti vere terminantis actũ qḋ põt eque cognosci si nõ sit sicut si sit. & quo nõ posito adhuc habet̃ aliud obiectũ terminãs adequatũ. Ad cui⁹ cognitionẽ ꝯsecutiue aliorũ cognitio resultat cognitio & per quãdã seq̄lã. sȝ siue creatura sit siue nõ sit. ipsa est cognita: & ipsa nõ posita adhuc hȝ deus eẽntiã tanq̃ obiectũ adequatũ ad cuius cognitionẽ resultat cognitio creaturaꝝ in itellectu diuino ꝯsecutiue (vt deductũ est) seq̇tur g̊ ꝙ creatura nullo mõ (& per ꝯñs nõ scḋario) est obiectũ terminãs cognitionez diuinã. ¶ De rõnes ẽt istius doctoris nõ mouẽt nõ primũ. qꝛ vt arguitũ est ꝯtra eũ. sicut nec creatura req̇ritur necessario ꝑ͛ actũ itellectus diuini: & ideo non est subiectũ terminãs primũ. ita ꝓcedendũ est ꝙ creatura nullo mõ ꝑ͛ actũ itellect⁹ diuini req̇ritur. & iõ seq̇tur ꝙ nullo mõ est

Ad arg⁹ Sco.

obiectũ terminãs eius p̊mũ. ¶ Ad argumenta sua. Dico ꝙ ꝓbant ꝙ deus cognoscit creaturas. & nõ ꝓbant ꝙ in illa cognitione creatura est obm terminãs scḋario. vt ꝓfigit in cognitione ꝓbandaꝝ: ideo sunt insufficiẽtia. ¶ Preterea. Iste rõnes nõ excludũt rñsiones Cõmẽ. ꝓcedẽdo eniȝ semꝑ diceret ꝙ & si cog͛sceret ea que sũt extra tãq̃ obiecta scḋaria: dũmodo tñ faciunt aliq̇d ad itellectionẽ eius: puta ꝙ sicut terminus itellectionis seq̇tur ꝙ saltẽ scḋario vilesceret eius itellectus qḋ magnũ est incõueniẽs: lȝ non ita magnũ sicut p̊mariũ qual͛r cognoscit creaturas: cũ tñ nõ acq̇rit notitias

Rñsio quedã.

ab eis. ¶ Sic declarãt aliq̇. Effectus cognoscit̃ ꝑ cognitionẽ sue cãe. qꝛ tunc vnũquodq̄ cognoscimus cũ cãs eius cognoscimus (1. phys. tex. cõ. 1. & 1. posteri. tex. cõ. 4. & 2. meta. tex. cõ. 13.) ergo qñ cognoscit̃ cã vl͛is tunc cognoscit̃ res in vl͛i. & qñ cognoscunt̃ ꝑticulares: tunc cognoscunt̃ in ꝑticulari. Sed deus cognoscẽdo essentiã cognoscit cãꝫ creaturaꝝ vl͛e & oẽs eius particulares. ergo deus cognoscit creaturas in vl͛i & ꝑticulari nõ acq̇rendo ab eis notitiaꝫ sȝ cognoscendo se esse cãm eaꝝ vl͛eꝫ & ꝑticularem: ꝓbo mi. Qꝛ certũ est ꝙ cũ deus per essentiã est cã vl͛is oĩum: ꝙ ẽt per eẽntiã suã sit cã ꝑticularis oĩum. ꝓbatur. qꝛ cãe ꝑticulares inferiores nullã hñt cãlitatem nisi a deo: sȝ deus cognoscit se sicut est: g̊ cognoscẽdo essentiã suã se cognoscit cãm vl͛em & ꝑticula-

Instantia

rẽ respectu creature. ¶ Contra istam rñsionem arguit̃ sic. qꝛ ad cognitionẽ perfectã rerũ req̇ritur cognitio creaturaꝝ rerũ intrinsecarũ nõ solũ extrinsecarũ: sed deus nõ est cã itrinseca rei. qꝛ nec forma nec materia sed solũ est cã extrinseca. s. efficiens & finis. igit̃ ex hoc ꝙ deus itelligit se esse cãm rerũ nõ ꝑfecte intelligunt̃ res. quarũ est cã. ¶ Confirmat̃ ratio quia difficultas in ꝓposito est qual͛r cognoscit q̇dditates ꝓprias oĩum creaturarũ. sed cognitio cãrum extrinsecarum. s. finis & efficientes lȝ conferant ad cognitionẽ si est de re & ꝓpter quid res est: non tñ conferunt ad cognoscendum quid res est. ergo ex hoc ꝙ deus cognoscit se esse cãm efficientẽ vel finalẽ rerum. ꝓpter hoc nõ contingit: vt hic loq̇tur de cognitione rerũ. Iteꝫ res in causis suis extrinsecis nõ hȝ aliqḋ esse nisi in potentia. effectus eniȝ nõ sunt in efficiẽte nisi in potentia: nec ea que sunt ad finẽ sunt in fine nisi in potẽtia: sȝ vnũquodq̄ sic se habet ad cognosci sicut ad esse. 2. meta. tex. cõ. 4. igit̃ nõ cognoscunt̃ in suis causis intrinsecis nisi in potentia. Sed deus est causa extrinseca creaturarum

rum, vt probo. qz nec forma, nec materia. ergo deus nõ cognoscit in seipso creaturas nisi in potẽtia: ⁊ hoc vt cognoscit eas in ipso sicut in causa: sed in proposito loquimur de cognitione pfecta rerū ⁊ accñtali. igit̃ ⁊c. ❡ Per hoc pz ad arg. eoꝝ qd̃ dr: cognitis causis cognoscunt̃ effectus ⁊c. Uerum est de causis intrinsecis: vel saltẽ regritur ꝙ causa per cuius cognitionē cognoscit̃ effectus se habz in rõne cause formalis. sicut cum illud cuius est imago per imaginē suaz cognoscit̃: sed ipsi in ratiõe sua non pbant ꝙ deus se hz in respectu cuiuslibet in rõne cause formalis. lz hoc sit vnū verum: ⁊ ideo ratio eorū deficit. ❡ Propter qd̃ alibi assignāt aliaz rõnem per. s. l. di. 14. q. 6. Quicqd̃ pfectiõis est in creatura est in deo: sed non solū illud in quo esse cõicant est pfectionis sed in qd̃libet differunt. qz ois forma per quā res in ppria ꝯstituitur pfectio quedā est. ergo ois forma per quā res in ppria constituit̃ pfectio quedā est. ergo oẽs creature res sunt in deo. quo ad illa in qbus cõicant ⁊ a qbus distinguunt̃. Sed oia que sunt in deo deus per seipm põt cognoscere sine hoc ꝙ querat illorū notitiā ab extra. ergo põt deus oẽs creaturas in seipso cognoscere sine hoc ꝙ accipiat aliquid ab extra. ❡ Sz nec ista rõ valet. qz dicerent aliqui ꝙ oẽs pfectiones que sunt in creaturis ẽt distincte. sunt in deo vnitiue: sz modus cognoscẽdi sequtur modū eẽndi. ergo deus quantū ad illud esse qd̃ res hñt in ipso cognoscit res vnitiue ⁊ in cõi solū (vt soluit Cõmẽ.) nõ distincte. ❡ Itẽ. Posito ꝙ ista rõ valeret bene pbaret deū posse seipso cognoscere oia que dicerẽt pfectionē simplr: puta attributa. sz multa sunt que nõ dicũt pfectionez simplr. sicut potẽtia passiua ⁊ relatio ⁊ hmõi qualr ⁊ quantū. ergo adhuc remanet difficultas qualr illa que nõ dicũt perfectionē intelligunt̃. ❡ Propter hoc pz ad argumẽta eoꝝ qui dicunt ꝙ deus cognoscit oia que sunt in eo. Uerū est eo mõ quo sunt in eo: sz diceretur ꝙ oia sunt in eo vnitiue nõ distincte: ideo non pbat̃ ꝙ per essentiā cognoscit ea distincte. ❡ Propter qd̃ dicerent alij ꝙ deus cognoscit creaturas non per hoc ꝙ cognoscit se esse cām earum. sed per hoc ꝙ hz rõnes exẽplares earū. vz sic ꝙ posito per ipossibile ꝙ nõ cognosceret se esse cām earum: si tñ aspiceret ad illas rationes natus esset cognoscere creaturas in se nõ accipiendo notitiā earū ab extra: sicut si intellectus meus haberet inatas spẽs oium posset omnia cognoscere nõ per hoc cognosceret se esse cām oium: sed per hoc ꝙ aspiceret ad rõnem qua haberet penes se nec oporteret ipsuz querere aliqd ab extra. ❡ Hic non pono ppriam opi. sed infra di. 39. artı. 1. vbi dicet̃ ꝙ cognoscit creaturas. sicut scdaria obiecta: sed nõ terminatiue sed consecutiue: ⁊ ex hoc infra ar. 2. ꝯclusione tertia ꝙ nõ cognoscit eas per diuersas ratiões exẽplares (vt dixit vltima opinio) ⁊ sic relinquitur sola opi. Tho. que ponit ꝙ cognoscunt̃ cõprehẽsione sue cause: ⁊ hoc potest stare mecum accipiẽdo nõ efficiẽtem vel finalẽ. aut formalẽ. aut materialẽ. sed perfectionalem que oẽs istas continet: pbo. Cõprehendẽs enim causaz perfectionalẽ continentem perfectionalr oẽm pfectionem eodẽ actu. cognoscit oia perfectionalr contenta fm qd̃libet esse suū. tam pticulare ꝙ vle. alr enim non ꝯprehenderet cām perfectionalr continentẽ. Da enim ꝙ cognoscat se solū se ad se ⁊ absolute: velut pelagus in se infinitū ⁊ non in ordine ad contenta fm qd̃libet sui esse. tunc nõ sequtur cõprehendit. imo aliquid restat appropinquandū. Si ergo deus cognoscat se vt cām perfectionalez. sequtur ꝙ distincte cognoscit omnia. Hec declarant̃ di. 39. ❡ Hoc verbo soluuntur argumẽta facta contra Tho. Quãdo dicitur ꝙ ad cognitionem rei requirur cognitio causarū intrinsecarū. Uerum est vel in se. vel in cõprehensione cause sue perfectionalr causas intrinsecas continẽtes. ❡ Ad aliud qñ dicitur. in causa perfectionali solum cognoscit̃ vnitiue. Non est verū qñ causa cõprehenditur: qz causa cõprehensa cognoscit̃ in habitudine ad causata fm quodlibet suū esse: ⁊ pticipant ab ea: ⁊ eadem habitudine qua cognoscit̃ vnuz relatiuoꝝ ⁊ reliquū. ergo ⁊ causata cognoscuntur fm quodlibet esse suum.

❡ Distinctio. XXXVI. ❡ Questio. I.

❡ Solet hic queri cum oia dicantur esse in dei cognitione seu pñtia / vl' in deo per cognitionē / ⁊ eius cognitio vel psentia sit diuina eẽntia / vtrū concedendum sit omnia esse in diuina essentia vel in deo per essentiam ⁊c.

Habito ꝙ deus itelligit alia a se. Quero an ad hoc ꝙ deus cognoscat alia a se distincte. perigat̃ ideaꝝ pluralitas in deo. In ista q̃stia sunt declaranda. ¶ Primo: vtrū efficaci rõne probari possit ꝙ in diuinis sit pluralitas ideaꝝ. ¶ 2° an ista pluralitas sit de per se itellectu idee vel solū se habeat ꝯsecutiue ad rõnem idee. ¶ 3° an illa necessario perigatur distincte repñtationi creaturarū: ⁊ distincte cognitioni earum.

Primus articulus. An in diuinis possit pbari pluralitas idearū. Ubi dicunt qdam Tho. de veri. q. 2. ar. 2. pmo de anima ꝙ sic. ẽt posito ꝙ Augu. nunq̃ posuisset pluralitatẽ ideaꝝ adhuc necessaria ratione ponẽde essent. ❡ Quia deus est pducens creaturas p intellectū ⁊ nõ de necessitate nature: si ergo in tali pductione nõ phaberet diuersas ideas. sed esset tñ vnum cõmune exẽplar ⁊ multitudo vnius relatiuoꝝ est fm multitudinez. tunc creabilia non essent intenta vt diuersa sed creatura in cõmuni ⁊ in vniuersali esset intenta tñ vt creatura in cõmuni: sz hoc est ipossibile. ergo ⁊c. pbatio assumpti. Quia si intentio alicuius agentis ferat̃ super vnuz aliqd tñ in aliqua rõne cõmuni vt in cõmuni est pter intentionez eius ⁊ casuale esset ois distinctio ⁊ multitudo que accideret ei que est principaliter intentū sicut si natura itenderet animal solū vt animal in cõi. pter intentionẽ nature esset. ꝙ esset homo vel equus. ergo si intẽtio dei creãtis creaturas respiciat ad creaturā in cõi tñ tota distõ vniuersi re^a pme cãe eẽt cãlis: ⁊ per accñs qd̃ cū sit summe impõle sequtur necessario ꝙ sint plres idee. Qz sit impõle pz. qz cum fm Phõs p se ⁊ essentialis ordo ⁊ distinctio inueniat̃ in vniuerso respectu cãrū suarū. si ḡ ista distinctio respectu pme cause esset p accñs. tunc illud qd̃ est per accñs est prius eo qd̃ est p se qd̃ est cõtra Phm. 2. phy. t. c. 66. 67. ❡ Itẽ. Deus est agens ordinatissimū nõ agit inaniter sz pp finẽ: sed oẽ agens pp finẽ si nõ pdeterminat sibi finẽ determinat̃ sibi finis ab aliq̃ supiori. ergo deus pdeterminat finẽ. qz ab alio pdeterminari nõ põt. ḡ ⁊ eadez rõne cū deus agit diuersos effectus eadie rerū pp diuersos fines si nõ pdeterminaret sibi illos vt diuersos determinant̃ sibi aliquo superiori: sed ꝙ sit superius deo hoc est impossibile. ergo ipsemet sibi determinat istam diuersitatẽ. Sed illimitatum negatiue ⁊ in omnib⁹ inquantuz huius non includit aliquam rõnem determinatā. qz vt sic distinguunt̃ contra omnez rationem pdeterminatam: ⁊ preter aliaz illimitatā. necesse est ponere in deo aliam rationez pdeterminatam. ⁊ pter rationem illam cõmunẽ ⁊ illimitatā determinatā propter suam illimitatā oporteret esse alias ⁊ alias pdeterminationes respectu alioꝝ ⁊ aliorum finium diuersorum rationum. ⁊ ita necesse est psupponere plures ideas. ❡ Item. Essentia diuina in intentione ista qua est ratio cognoscendi creaturam esset exemplar siue idea creature huius: quia ratio cognoscẽdi inquantū huius includit exemplaritatẽ ⁊ imitabilitatẽ. ergo eẽntia diuina illimitata: ⁊ absolutissima:

⁊ vt indistincta re ⁊ rõne: ⁊ oĩbus modis (vt ponunt aliꝗ) eẽt rõ repñtandi seipaȝ in hãc creaturã: ⁊ ita vere hẽret essentia diuina ideã sicut creatura hec (qḋ nullus vnꝗ̃ posuit.) igit̃ necessario hec creatura habet aliam ideam ab essentia diuina. Et qua ratione hec: eadeȝ ratione ⁊ alia. ergo ⁊c̃. Minor patet in simili. Qua enĩ ratio omnibus modis indistincta est ipsius generis respectu specierũ omniũ. ita vere ⁊ eque p̃mo ⁊ penitus indifferenter representat vnã speciem sicut aliaȝ. ergo a simili de essentia diuina vt illimitata ⁊c̃. Dis. 39. arti. 3. soluuntur ista quasi non necessario concludentia. Supposita igit̃ ab Augustino. dato ꝙ Aug. nunꝗ̃ dixisset ideas. adhuc pluralitas idearum esset ꝫ forte ꝓbari posset sic. demõstrabile est ꝙ a deo creature fuerũt ab eterno cognite: ꝫ res in esse cognito sunt sui ipsaꝝ exẽpla. ❡ Hoc. n. dicit significatuȝ nominis vt supponit Aug⁹ ꝑ totũ. igit̃ ⁊c̃.

Secundus articulus. An pluralitas idearum sit de per se intellectu idee. Ubi quidem scilꝫ Hirardus distinguit de ista pluralitate idearum: ꝙ accipiẽdo ideam quãtũ ad id qḋ est de per se intellectu idee. ꝙ nulla pluralitas idearuȝ est in diuinis: accipiendo ideam quãtum ad ea que sequuntur ideaȝ. sed consecutiue concedunt ibi pluralitatem idearum. Dicunt enĩȝ ꝙ nullus respectus est de per se rõne idee. sed essentia diuina ſm esse suum absolutuȝ est idea omnium: est enim representatiua omniuȝ. tam ſm propria ꝗ̃ ſm cõmunia ⁊ ad eius imitationem ꝓducuntur in esse ſm distinctas naturas ⁊ hoc est esse ideaȝ. vt dicunt. Sed certum est ꝙ nulla pluralitas est in diuinis nisi per respectus. ergo sequitur ꝙ accipiendo ideaȝ ꝗ̃tum ad per se rõnem idee. ꝙ nulla est pluralitas idearum in diuinis. Et quia Aug. ponit pluralitatẽ. Respondet ꝙ primo ⁊ per se accipiendo ideam. essentia diuina ſm se ⁊ absolute accepta est idea omnium ſm propria ⁊ cõmunia. Dicuntur tamen plures idee non quia tales plures respectus ideales sint de per se ratione idee: sed quia ad essentiam esse ideam creaturarum ex parte talium effectuum surgit consecutiue quedam denominatio in deo. puta. ex hoc ꝙ in alia ratione specifica producitur equus ⁊ in alia homo. dicimus ꝙ alia est ratio hominis ⁊ alia equi in deo. Sicut enim ex parte effectus dicit̃ ꝙ hoc opus est humanũ vel bouinum. quia factum ab homine aut a boue. ideo non eidem esse humanuȝ vel bouinũ cum sit de per se ratione operis facti ab homine vel boue. sed est denominatio consequens: sic etiam ꝙ deus sit causa exemplaris bouis vel hominis non oportet istos plures respectus exemplares vel ideales esse de per se ratione cause exemplaris vel idealis. sed ꝙ consecutiue se habeant ex denominatione ideatorum.

Primo. Ista opinio dicit essentiam diuinam sub ratione essentie esse ideam hoc est falsum. probo. Quia hoc probatur dis. 39. arti. 1. deus comprehendẽdo essentiam eadem comprehensione vel consecutiue cognoscit omnia entia creata ⁊ distincte. tũc arguo. In proposito distinguimus essentiam diuinaȝ primo ⁊ per se comprehẽsam contra essentias creatas consecutiue cognitas eadeȝ cõprehensione: sed ipse creature cõsecutiue cognite sunt idee quas ponit Augu. non ergo essentia diuina. ꝓbo mi. Ponit enim Aug. ideas iuxta quas producunt̃ creature rationalr̃ ⁊ artificialiter. lib. 83. q. qõne. 46. vel. 72. ait enĩȝ. Quis audeat dicere deum irrationaliter condidisse: qḋ si recte dici non potest: restat vt omnia recte sint condita nec eadeȝ ratione homo ⁊ equus: sed posito ꝙ idee sint ipse creature cognite iuxta quas sic cognitas ipsemet ꝓducantur extra tũc saluat̃ ꝙ deus agit rationalr̃. quia tunc ꝓprijssime habet̃ productio agentis per rationem ⁊ intellectum de qua loquitur phi. 7. meta. tex. cõ. 30. ꝙ domus extra fit a domo in aĩa etiam tunc saluatur ꝙ non eadem rõne conditus est homo ⁊ equus. ergo. Et potest istud argu. formari per locuȝ ab opposito sic. Deus condidit omnia rõnaliter: sed hoc nõ saluatur si essentia diuina sit idea. probatio. Quia tunc fiunt singula rationaliter: quando illud idem quod est cognituȝ intra ꝓducitur extra: vt patet de domo. ⁊ quando non eadẽ sed vnumqḋqȝ ꝓpria ratione conditũ est: sed si essentia diuina absolute sit idea. tunc ista non saluantur: nõ enim producitur essentia diuina per creationeȝ que ponitur cognita nec tunc alia ⁊ non eadem rõne: imo eadeȝ condita sunt singula. ergo. ❡ Hec est op. Thom. 1. parte. q. 15. art. p̃. ꝙ idee sunt obiecta cognita. Et probatur rõne sic. idee vt sunt rõnes representatiue non sunt ponende sicut nec species nisi ꝓpter absentiam obiecti patet. 3. de aĩa. tex. cõ. 30. quia non potest esse in anima ideo ponitur species: ꝫ nulla creatura est absens deo. quãtuȝ ad suam rationem representatiuam. etiam per istos: quia essentia representat omnia. igitur non sunt idee ponende vt sunt in deo rationes representatiue creaturarum: sed creature in deo nõ possunt habere nisi duplex esse in intelligentia diuina. s. vel per modum representatiuarũ rationuȝ. vel per modum obiectorum cognitoruȝ: sequitur ꝙ sunt obiecta cognita. Qz autem sit dare hõ᷑ distincta cognita esse correspondẽtia distinctis entitatibus extra ꝓbatur dis. 39. arti. 1. f. ❡ Item principale ꝓpositum ꝓbat Thom. ibidem sic. Cognoscendo essentiam cognoscit obiectiue eam perfecte in se ⁊ omni mõ quo cognoscibilis est: ꝫ ipsa cognoscibilis est non solum vt in se. sed ſm ꝙ imitabilis ⁊ participabilis ſm diuersos modos a creaturis. igit̃ non solum cognoscit essentiam suam obiectiue vt in se est sed etiaȝ obiectiue. cognoscit eam imitabileȝ diuersimode a creaturis: ⁊ ita ipsa esse imitabilia que sunt idee sunt obiectiue cognita: ⁊ non rõnes cognoscendi tm̃. ❡ Item. Essentia diuina vt intellecta. est idea. ⁊ vt diuersimode intellecta est diuerse idee: sed essentia vt intellecta est obiectum. quia esse intellectum est esse obiectũ. ergo idea est obiectũ intellectus diuini. Maior ꝓbatur duplici exemplo. Primo sic. omne agẽs per intellectũ preconcipit illud qḋ agit. ergo si intellectus artificis ꝓduceret aliqd ad similitudinẽ suipsi⁹ preconciperet se ipsuȝ tanꝗ̃ exemplar ⁊ ideam. ita ꝙ intellectus artificis non esset idea vt intellectus est ipsa potẽtia intellectiua: sed inquãtũ est obiectũ intellectũ. Et vltra seqt̃: si ipse intellectus nõ ꝓduceret oĩa artificiata ſm suã ꝓpriã perfectionẽ ꝑfecte qua est itellectus. sed quedã in vno gradu ⁊ quedã in alio. tunc ipse intellectus vt itelligeret absolute in vna rõne tm̃. nõ esset idea omniũ istoꝝ: sed vt diuersimode ſm diuersas ꝓportiones determinatas intelligeretur. ſm quas exẽplata artificiata ipsuȝ imitarent̃ ⁊ ab ipso deficerent. Sed in ꝓposito: deus oĩa ꝓducit ad similitudineȝ sue essentie. ꝗ essentia sua est idea omniuȝ nõ solũ inꝗ̃tum essentia ꝫ inꝗ̃tũ itellecta. ❡ Et vltra. Qz creatura nõ ꝑfecte imitat̃ diuinã eẽntiã ſꝫ suã ꝓpriã ꝑfectionẽ ꝑfecte: quia eẽntia diuina est ſꝫ diuersos gradus deminutos: iõ ꝫ essentia diuina vt absolute itellecta sit idea: absolute tñ ad hoc ꝙ sit ꝓpria vnicuiqꝫ ⁊ nr̃o oĩuȝ plurificata hoc erit inꝗ̃tũ itellecta est cointellectionis diuersis ꝓportionib⁹ creaturaꝝ ad eã ſꝫ ꝙ diuersimode deficiũt ab ea vel eã imitant̃: ⁊ ita pꝫ maior. s. ꝙ eẽn⁹ vt itellecta sit idea. ⁊ vt diuersimode est diuersimode idea. ❡ 2⁹ ponit̃ exẽplũ tale ad declarationẽ dicti: ꝙ sit foĩa artificialis inꝗ̃tũ est in mẽte artificis ꝑ actuȝ itelligẽdi ꝗdã forma excogitata ⁊ effecta est obm ⁊ itellm: inꝗ̃tũ tñ est illud iuxta qḋ vel ſm qḋ opat̃ ita idea inꝗ̃tũ est itellecta vt imitabilis. ⁊ ita. q. forma excogitata est intellectũ ⁊ obiectũ. inquãtũ tñ est forma ſm quã vel iuxta quã deus intelligit creaturam ⁊ ꝓducit. est ipsum quoquo deus creaturam producit. ❡ Secundo dicit ista opinio. ꝙ idea non est formaliter ⁊ essentialiter respectiua. ꝫ consecutiue

solum. Hoc nõ videtur verum. Nã exẽplar est formalr re-
spectiuũ: talis est idea. g̃. pbo ma. Qr rõ seu ars sm quã ad
aliqd dĩ sic est eẽntialr respectiua ad artificiale. dĩ. n. respe
ctiuũ artificiale sic agẽs. 2. phy. t. c. 2. & hõ est idea sz Aug. li.
83. q. q. 72. ℂ Itẽ. Entia nõ hñt essentiã q̃ ↄstituunt nisi in
respectu. sicut pz de sinistro & dextro in colũna q̃ nõ distin-
guunt nisi respectu earũdẽ in aliquo. 7. phy. tex. cõ. 20. Sz
sm istos idee sunt entia rõnis. ergo. ℂ Itẽ. Forma separat
& distinguit. 7. meta. tex. cõ. 49. sed idee sunt forme pncipa
les sm Aug. vbi supra. ergo distinguunt: sed distinctio est
relo diuersitatis. g̃. ℂ Itẽ. Ois habitudo extremoꝝ q̃ cõsi-
stit in oppõne eorũdẽ adinuicẽ & nõ in cõpatione eorũ est
relo realis vel rõnis pz. 5. met. tex. cõ. 20. vbi vult ꝙ scia dĩ
a scibili qð est extremũ oppositũ. nõ ad scientẽ qð est subie
ctũ cũ quo cõponit: sz planũ est ꝙ habitudo quã dicit idea
est ad obiectũ extremũ idearuz. ponit. n. Aug. ideas vbi su-
pra vt sm eas oriat oẽ qð orit &c. illud aũt qð fit aut oritur
est ideatũ. g̃ &c. ℂ Itẽ. Nihil terminat relonẽ realẽ alicui⁹
ad ipz nisi p aliquã relonẽ vel rõnis in ipso: pz in relatiuis
mõ potẽtie & mõ mẽsure. qa ibi est saltẽ rõnis: sed ideatuz
realr referẽ ad ipz deuz. igit rõ idealis p quã de⁹ terminat
relationẽ ideati est ratio respectiua realis vel rõnis.

Tertius articulus. An pluralitas creaturarũ necessa-
rio preexigat distincte representationi ac co
gnitioni creaturarũ. Ubi pmo dicunt qdaz vt Herueus: ꝙ [margin: Herueus 1m dicens]
nec sic. nec sic. nõ psupponit repñtationi creaturarũ. pbat
imaginant eniz sic. ꝙ si essentia diuina repñtaret distincte
creaturas: ita ꝙ in tali repñtatione distincte necessario pre-
supponerent distincte idee. tunc videret ꝙ tales distincte
idee darent ipsi essentie distincte repñtare. q. hoc ex se non
haberet: sed ista sũt ipossibilia. igit nõ psupponunt &c. Di-
cunt tñ ꝙ talis pluralitas idearũ est q̃dã pprietas. essentiã
cõsequẽs vt representat distinctas creaturas. ipossibile eni
est ꝙ aliqd qualecũqz respiciat alia plura siue repñtando
siue quouis mõ aliter qn ad hoc necessario ↄsequat ad ipz
sit natũ intelligi sm diuersas rõnes. & hoc est distingui sm
diuersos respect⁹. ℂ 2° dicunt ꝙ nec iste idee psupponunt [margin: 2m dicens]
distincte cognitioni creaturaꝝ. imaginant enim sic. Nã vt
dicunt. iste est ordo in cognitione dei. Nã pmo intelligen-
dũ est ꝙ ibi est essentia vt obiectũ primũ mouẽs intellectũ
diuinuz. q. possibilẽ. Secũdo intelligẽdũ est ꝙ ibi est actus
intelligẽdi ab essentia cãtus sicut mouẽte. Tertio intelligẽ-
dum est. ꝙ iste actus terminat ad ipsaz essentiã sicut ad ob
iectũ primũ. Et quia in essentia itellecta relucent oĩa alia
ab ea. ideo tũc itelligit eẽntia dei. vt idea & exẽplar creatu-
raꝝ. & tũc quarto accipiunt creature vt intellecte. Et quia
creature tunc pcipiunt distincte. ideo qnto intelligendũ est:
ꝙ in quadã differẽtia suaꝝ rõnum idealiũ ita ꝙ sicut pus
cognosco istã rem q̃ est fumus anteq̃ cognoscã ignẽ prius
tñ cognosco ignẽ q̃ icipiã dicere penes me: ꝙ fum⁹ est ipz
signũ ignis. Ita deus pus cognoscit rẽ q̃ est idea. s. essentiã
suã: q̃ creaturã cũ pus intelligit hãc creaturã. s. hoiem q̃ di
cat essentiã suã esse ppriã ideã hoĩs: eodẽ modo pus intelli-
git asinũ q̃ dicat essentiã suã esse ppriã ideã asini. & sic de
alijs: & sic pus cognoscunt creature q̃ distignant eaꝝ idee
lz res que est idea. s. essentia diuina cognoscat pus q̃ crea-
ture. ℂ Ista op. in cõclusione cõcordat cũ pma. ponit eni
ꝙ distinctio idearũ cõsequit esse cognitũ creaturaꝝ & ideo
eadẽ argumẽta que sunt cõtra pmam sunt cõtra eam.

Contra istud posset aliter argui sic. ℂ Distincte re- [margin: 3 Herue / Argm 1m]
presentare psupponit distinctã rõnem repre-
sentãdi. aliter enim esset effectus sine cã. & sine omni ordie
lter ipz & cãm: sed distincte rõnes repñtãdi vocant idee.
igit distinctio ideaꝝ psupponit distincte representationi.
ℂ Itẽ. In omni spãli actiõe psupponit nõ solũ agẽs vni- [margin: Argm 2m]
uersale sed spãle. qr ad repñtãdũ hominẽ itellectui nostro.
nõ sufficit rõ cõis: sed ppria rõ phantasmatis hoĩs. Sed
repñtare hoiez vel asinũ. est qdã effect⁹ specialis: igit isti
effectus nõ solũ psupponũt eẽntiã diuinã q̃si rõnez repre-
sentatiuã vniuersalẽ sed ratiões pprias repñtatiuas. & ita
est de oĩb⁹ alijs. Hec est ratio phi. 2. phy. tex. cõ. 39. vbi po-
nit causam vniuersalẽ respondere effectui vniuersali & pti-
cularem pticulari. Nõ enim spãlis repñtatio põt esse nisi
psupposita quadaz spãli assimilatione. qr nihil representat
in vniuersali aliud nisi simile sit in vlĩ: & eadem ratione ni-
hil in particulari nisi sit simile in particulari: sz essentia di-
uina representat hominẽ & asinũ in speciali. ergo presuppo-
nit rõnes speciales assimilatas in representando. ℂ Item. [margin: Argm 3m]
Nihil de cuius per se rõne excludit illud qð est de p se rõ-
ne alterius. est p se representatiuũ illi⁹: sed de p se rõne eẽn
tie vt absolute accepte excludũtur omnes rõnes speciales
quoꝝ est distincte representare. ergo eẽntia vt absolute ac-
cepta non põt representare sm rõnes speciales. Si igitur
hoc faciat hoc erit presuppositis rõnibus specialibus. pbo
mi. Quia essentia absolute accepta nihil est nisi eẽntia. nec
vniuersale: nec speciale. ℂ Itez. Cõtradictoria nõ ↄueniũt [margin: Argm 4m]
eidem sm idẽ: sed representare se & non alia & representare
se & alia. sunt contradictoria. ergo &c. Sed representare se &
non alia põt ex rõne absoluta essentie. qr actus suus potest
in aliquo priori terminari ad obiectũ pmariũ q̃ scdariuz.
igit ex absoluta ratione non potest representare se & alia. g̃
hoc erit ex presuppositis distinctis rõnibus representandi.
ℂ Item. Si aliquid impediret ꝙ tales distincte rõnes pre- [margin: Argm 5m]
supponerent distinctis representatiuitatibus hoc esset (vt
dicunt) qr tales rõnes darent essentie aliquid. s. distincte re-
presentare: sed nõ video quia illud est magis incõueniens
ꝙ propter respectus qui veniunt ex ea darent istuz effectũ
q̃ ꝙ etiaz propter darent se sicut persona ergo &c. ℂ Per [margin: Argm 6m]
idem pz ad argumentuz illoꝝ cõtra sm dictũ ꝙ posset sic
argui. Qð presupponit distincte representationi psupponi-
tur distincte cognitioni sequẽti eaz (vt probatuz est) distin-
ctio idearũ psupponit distincte representationi creature. g̃
& cognitioni. Qð autez dicunt ꝙ prius cognoscit fumus q̃
cognoscatur ignis. sz nõ quo ad hoc qð est signũ ignis. & sic
in pposito. Dico ꝙ hoc est verum. ꝙ nõ comprehendimus
fumum sm rõnez fumi. sed est cõtrariuz de intellectu diui-
no respectu sue essentie: & omniuz relucentiũ in ea. Et ꝙ cõ
cedantur tales rõnes representatiue in deo. dictũ est de pos
sibili (posset eniz ista via teneri) nõ est tñ dictũ de facto vt
habet lib. 1. q. 2. arti. 2. & 3. ℂ Hic dico tria. Primum est. ꝙ [margin: Respo auct.]
distinctio idearũ non requirit pper distinctam represen-
tationez aut distinctã cognitionem creaturarũ. qr id nõ re-
quirit necessario ad aliquem effectuz. quo nõ posito potest
poni effectus: & nõ posita aũt tali pluralitate possunt a deo re
presentari & cognosci. deus enim cõprehendendo essentiaz
distincte omnia cognoscit consecutiue. Hoc probatur disti.
39. artic. 1. Et etiam pper distincte representari non debet
poni pluralitas talis hic. Ibi arti. 2. q. 3. ℂ Pro ista conclu
sione videlicet ꝙ ad hoc ꝙ creature distincte cognoscant
non preexiguntur diuerse idee. probant quidã sic. Scotus [margin: Scotus]
lib. 1. distin. 33. ℂ Quia per illud per quod obiectum limi-
tatum extra representat potest ipsum obiectum limitatum
extra cognosci distincte sine omni respectu preintellecto in
tali representatiuo limitato. Igitur si illud per quod obie-
ctum extra representatur sit illimitatum. potest etiam illi-
mitatum extra cognosci distincte sine hoc ꝙ illud illimita-
tuz preintelligatur diuersimode imitabile siue sub diuerso
respectu ad creaturas. pbãt añs. Qñ. n. cognosco albedinẽ
p spẽz albedis. nõ opz pus itelligi spẽm albedis referri ad
albedinẽ añq̃ cognoscã illã albedinẽ: qr tũc nũq̃ cognosce

rem albedinē nisi ꝑus cōpararē ſpēm eius ad ipſaȝ. ⁊ tunc ſemꝑ reflexus ꝓcederet rectū. ꝓbaꝛ ꝯñia. qꝛ illimitatū ⁊ limitatū nō differūt nisi per ꝓciſionē ⁊ nō ꝓciſionē. limitatū enim repñtat hoc precise ⁊ nihil aliud. illimitatū aūt hoc ⁊ qðlȝ aliud: ſed ablatio ꝓciſionis ab eo ꝙ illimitate repñtat cū ſit ꝑfectionis non tollit ab eo. qn eque ꝑfecte repñtat ea ad que eſt illimitatū. ſicut illud qð tm̄ repñtat vnū ipſum vnū ꝑfecte repñtat: ſicut igiꝛ vnū limitatū repreſentās perfecte ipſuȝ limitatū repreſentat ſine reſpectu preintellecto in eo ad ipſuȝ. ſic illimitatū repñtās ⁊ perfecte repñtabit diſtincta repñtata: ſine diuerſis reſpectibꝰ cointellectis ad illa. ❡ Itē. Cā equoca ex ꝑte ſui eſt ꝑfectioꝛ rō cognoſcendi effectū ſuū ꝙ̄ vniuoca. qꝛ cā equoca eſt cā totius ſpēi. cauſa vniuoca eſt cā ſolius indiuidui. ⁊ non eſt ꝓprie cā reſpectu effectus. qꝛ oꝛdo cauſarū eſt eſſentialis. ⁊ oꝛdo cauſaꝝ eſſentialis ⁊ ꝑfectio vniuerſi cōſiſtit in ſpecie nō in indiuiduis: ſed cā vniuoca ꝑfecte cognita pōt eſſe diſtincte rō cognoſcendi ſuū effectū ſine aliquo reſpectu preintellecto eius ad ipſum: qꝛ ex nā rei ipſa repñtat ſuū effectū: ⁊ iō ſtatiȝ cū eiꝰ nā cognoſciꝛ ꝑfecte/ſtatim ſine vlteriori negotiatiōe intellectus effectus eius cognoſciꝛ. ❡ Itē. Cā equiuoca infinita pōt plura ꝓducere diſtincte ſine diſtincto reſpectu ad illa. igiꝛ cā equoca infinita pōt plura ꝓducere diſtincte ſine diſtinctis reſpectibus ad illa. ⁊ per ꝯñs diſtincte cognoſcere ſine diſtinctis reſpectibus. qꝛ nō ꝓducit cognoſcēdo. ❡ Itē ꝙ aliqd cōtinēs plura non pōt illa diſtincte repñtare ſine pluribꝰ in eo determinabilibꝰ vel ſaltē intellectus circa ipſȝ. hoc eſt ꝓpter eius potentialitatē ⁊ cōfuſionē. Hec enim eſt rō quare in deo nō eſt. qꝛ ſcia vlis ꝯtinet ſua ſcita in potentia vt vult Cōmētatoꝛ. 12. meta. cō. 51. Sed eſſentia diuina continet oīa actualiſſime. ḡ diſtinctiſſime pōt oīa repñtare ſine determinationibꝰ qbuſcūqȝ in eo aut intellectis circa ipſuȝ. ❡ Cōfirmaꝛ. qꝛ hec eſt dña inter agēs indeterminatū qð eſt ꝯtingens equalr. ⁊ agens indeterminatum qð eſt agēs illimitatū. ꝙ ipȝ nō pōt aliqð eoꝝ ad qð eſt indeterminatū vt ꝓbat Cōmēta. 2. phy. cō. 48. 2ᵐ aūt agens pōt in aliqð eoꝝ ad qð eſt indeterminatū. ſed nō eſt ꝓciſe. quia pōt in qðlȝ: pȝ de ſole q pōt diſſoluere glacieȝ ſed nō ꝓciſe. qꝛ pōt ēt cōſtringere lutū. Sȝ certum eſt ꝙ determinatio quā hȝ deus reſpectu creaturarū nō eſt ꝯtingētia ſed illimitatio. igiꝛ pōt in qðlȝ ſine determinatione ſiue nō precise. ❡ Itē. Si in deo ad cognoſcēdū diſtincta idealia ꝓexigātur diſtincti reſpectus ideales. igiꝛ illi reſpectꝰ ſūt cognoſcibiles a deo cū ſint qdā entia. Aut igiꝛ per ſe ipſos. ⁊ hoc eſt falſuȝ. qꝛ tunc vileſceret intellectꝰ diuinus acqrens ſciaȝ ab alio a ſe. qð poniꝛ diſtingui a deo. Aut ꝑ alios reſpectus: ⁊ tunc ꝓceſſus in infinitū. Aut per eſſentiā illimitatā. ⁊ hī ꝓpoſitū. ❡ Itē. Si ſint tales reſpectꝰ: aut illi reſpectꝰ ſunt ꝑncipia diſtinctoꝝ actuū itelligēdi qð nō eſt: qꝛ reſpectus nō eſt ꝑnᵐ actuū. Aut eſſentia. ⁊ habeꝛ ꝓpoſituȝ. Aut eſſentia cū reſpectu qð falſuȝ eſt. qꝛ reſpectus cum eſſentia nō facit vnū per ſe: non ꝑmo mō pȝ. nec ſcðo. qꝛ terminus ſequereꝛ nām eius ſicut ꝓpriū. ⁊ eſſet relo realis. ❡ Scðm qð dico eſt. ꝙ ꝓpter ꝓductionē earū nō requiriꝛ pluralitas. ſicut. n. deo ad diſtincte cognoſcēdū ⁊ repñtandū qðlȝ eſſe creature ſufficit cōprehenſio ſue eſſentie ita ſibi ſufficit illa cōprehenſio ad diſtincte ꝓducendū. Hoc ꝓbaꝛ di. 39. arti. 2. cōcluſione qrta. ❡ Itē. Agens ad hoc ꝙ ꝓducat diſtinctos effectus in genere ſue actionis nō requirit quātū eſt ex ꝑte ſui diſtinctas rōnes agendi. Dico ꝙ in genere ſue actionis. celum eniȝ eſt agens virtuale reſpectu ſuorum inferiorum ſed agēs modo nature: ⁊ qꝛ virtualr ꝯtinet ſuos diſtinctos effectus nō opȝ qntuȝ ex ꝑte ſui. ad hoc ꝙ mō diſtincto nature diſtinctos effectus ꝓducat ꝙ modi diſtincti modo nature preexigantꝛ in eo. Sed deus ex hoc ꝙ intelligit ſe ⁊ oīa adunate eſt agens virtuale reſpectu multoꝝ effectuū. ſicut ⁊ celū. ſed eſt agens virtuale. igiꝛ quātū eſt ex ꝑte ſui. ad hͦ ꝙ diſtincta artificialia vel idealia mō intellectus ꝓducat nō reqrit diſtinctas rōnes ideales vel itellectuales. ❡ Ulterius dico: ꝙ diſtincta pluralitas non nccīo reqriꝛ ad hoc ꝙ diſtincta ꝓducantꝛ in eſſe diſtincto. Sicut eniȝ agēs virtuale nāle pōt diuerſos nāles effectꝰ ꝓducere ꝓpter diſtinctas potentias in quas agit preciſa a quacūqȝ alia differentia ex parte ꝓducentiū: ſicut patet de ſole reſpectu luti quē congelat ꝙ vnica actione diſſoluit glacieȝ ⁊ cōſtringit lutū preciſe. ꝓpter diſtinctam rōnem paſſiuaȝ in luto cōgelato. ita agens virtuale intellectuale pōt diuerſos effectus intellectuales artificiales ꝓducere: ⁊ hoc ꝓpter diſtinctas potētias paſſiuas ſibi coꝛrñdentes. preciſa omni dña ex parte ꝓducentis. Sed deus non eſt agens virtuale intellectuale: qð eſt ſcḋm ꝙ intelligit ſe ⁊ omnia adunate. hȝ diſtinctas potentias ſibi coꝛreſpondentes. ab eterno enim habuit lapis poſſe eſſe ꝓpriuȝ quo ſibi nō repugnabat creari ex nihilo. ⁊ aſinus ſimilr ⁊ ſic de ſingulis: ⁊ iſte ſunt potētie coꝛrñdētes ꝓductioni dei ad extra. Igiꝛ iſti effectus diſtincti pñt a deo ꝓduci ⁊ diſtincte ſolū ꝓpter ſuas diſtinctas potentias obediētiales. preciſa quacūqȝ diſtinctione in rōnibus ſuis idealibus quas habent apud deuȝ. ❡ Et per illud patet ad omnes rōnes S. Thome ſupra di. 36. ar. 1. ꝙ nō eſt neceſſe deuȝ habere plures ideas qntū eſt ex ꝑte ſui. vt rōnes ſue pretendunt. ſ. ne agat a caſu ⁊ preter itentionē finis. Ex hoc enim ꝙ eſt agens ⁊ virtuale: pōt omnia iſta ordinate ꝓducere ⁊ fines omniū ordinate intendere: ac ſi omnes rōnes ſingulorū apud ipſum eſſent diſtincte ⁊ precise. dūmodo ſibi coꝛreſpondeant diſtincte. ſibi potentie paſſiue cōuenientes ſue virtuti actiue. ❡ Nec mouet tertiū qð alij addunt: cum enim dicunt ꝙ ſi eſſentia repreſentet ſeipſaȝ ⁊ creaturaȝ ſcḋm ꝙ vna. ergo eſſentia hȝ ideā ſicut creature: nego cōſequentiā. Et qn̄ ꝓbaꝛ eſſentia vt eſt ratio cognoſcendi aliquid eſt eius idea. ergo ſi ſub vna rōne eſt principiū cognoſcendi ſe ⁊ alia. igitur eſt idea vtriuſqȝ ſub illa vna. Dico ꝙ antecedēs eſt falſuȝ abſolute ſumptū: ſed dȝ cōtrahi eſſentia vt eſt ratio cognoſcendi aliqd qð a deo natum eſt rōnaliter ꝓduci. aut cognoſcēdi extra ſe eſt idea: ſed talis nō eſt ſua eſſentia. Et quādo addiꝛ ſi vnica eſt ratio repreſentatiua vtriuſqȝ. igiꝛ eque ꝑmo vtrūqȝ repreſentat ſicut genus quālibet ſui ſpeciē. Uerū eſt ſi ambo equalr repreſentarentur ⁊ non vnuȝ in virtute alterius. ſicut eſt de ſpeciebus in genere: ſed contrarium eſt in ꝓpoſito. ❡ Tertiuȝ qð dico eſt. ꝙ lȝ non requirat ideaꝝ pluralitas ex parte dei cognoſcentis. tamen requiriꝛ ꝓpter cōditionē cognitoꝝ a deo ⁊ repreſentatoꝝ ⁊ ꝓductoꝝ. Ubi eſt intelligēdū ꝙ in agente per intellectuȝ ⁊ artificialr eſt aliter ꝙ̄ in agente per naturaȝ. In naturali. n. agente ſufficit ꝙ ſuus effectus cōtineatur in eo virtualr: ſicut in cauſa equoca: vel quodāmō formalr ſicut in cauſa vniuoca: ita ꝙ illa continētia formalis attendatur penes vnitatē ſpecificam. vt ſic ſimile ex ſimili generetur: in agente vō artificiali non ſufficit ꝙ effectus quodā modo contineaꝛ in potentia actiua artificis nec hȝ ex ſe vnde vnicuȝ effectum ꝓducat: ⁊ ideo eſt neceſſarium ꝙ res producenda per artē ſit prius apud intellectum artificis in ſua ſimilitudine vt ſit ſimile ex ſimili vt domus eꝛ fiat a ſimili domo in anima. Hec patent. 7. meta. tex. cō. 30. Et forte in agente creato ꝓpter indeterminationē ⁊ imperfectionem potentie intellectiue requiruntur tales diſtincte artes tam ex ꝑte ipſius potētie intellectiue ꝙ̄ ex parte ipſorū ꝓductoꝝ artificialr ſeu itellectualr: ſȝ qcqd eſt ipfectionis in creaturis debemus amouere a deo. igiꝛ nō debemus ponere ꝙ in deo precedat diſtincta repñtatio ſeu diſtincta cognitio creaturaꝝ. aliquā neceſſitatē q ſe teneat ex ꝑte dei

S. Tho.

cognoscẽdis/repñtantis/ꝛ pducẽtis.ſ3 solũ pp ꝯditionẽ creaturaꝝ cognitaꝝ repñtatiuaꝝ.seu pductaꝝ a deo artificial'r seu rõnaliter. Et hec est imaginatio beati Augu.83.q.q.49. vel.72.per aliaꝫ cognitionẽ vbi diffinit qd sunt idee.sic dicens. Sunt nãqꝫ idee pncipales forme vel rõnes ꝛc. Et postea subdit ad qd ponunt.subdens. Que diuina intelligentia cõtinent ꝛ ſm eas formari dr̃.oẽ qḋ oriri ꝛ interiri põt ꝛ omne qḋ orit ꝛ incipit(nota ppter formari ꝛ oriri ponuntur ꝛc.)sed formari ꝛ oriri se tenent ex parte pductorũ.igit ponunt ppter cõditionẽ pductoꝝ. ¶ Itẽ. Hoc p3 per rõneꝫ Augu. pbat enim ꝙ necesse est ponere ideas.q2 nullus audet negare deũ oĩa rõnal'r cõdidisse. S3 absurduꝫ est vt dicit existimare ꝙ eadẽ rõne ꝯdita sit hoĩꝫ nã qua equus. singula igit ppꝛijs creata sunt rõnibus. Ecce expsse ꝙ vt nature sint create ꝛ ꝯdite rõnal'r pp hoc ponit Augu.ideas. ¶ Itẽ. Hinc est ꝙ epilogãdo cõcludit idearũ pncipatiõe sic vt sit qcqd est:aut quo mõ est. Ecce ppter fieri ponunt: ꝛ quare talis ꝯditio artificial'r pductoꝝ arguat tales ideas distinctas in pducẽte.rõ est.q2 in habitudine oĩum que relatiuꝫ dr̃ ad aliud siue sit relo ſm reꝫ siue ſm rõnẽ opꝫ ei9 terminũ terminare illã relõnẽ in eadeꝫ habitudine. Unde 2° phẏsicoꝝ vult phs tex.cõ.39.ꝙ vlẽ dicit respectu vlis ꝛ pticulare respectu pticularis.sed representata extra q̃ sunt ideata nõ solũ nata sunt representari ſm rõnẽ illimitatam ꝛ distinctã(puta entis)sed sub rõnib9 spẽbus ppꝛijs ꝛ totalĩ quare opꝫ ipsa sic distincta cognosci est.qa in essendo exñtis esse distinctũ.ergo opꝫ essentiã repñtantẽ tunc nõ solũ repñtare istaꝫ habitudinẽ sub rõne illimitata ꝛ indistincta in repñtando sed sub rõnib9 spẽ distinctis.ita ꝙ tota ratio illius distincte repñtationis accipiant ex pte ideatoꝝ eẽ. Finalis intentio mea de ideis habet.di.39. ¶ Argumẽta que pbant ꝙ distinctio idearũ p̃supponit distincte cognitioni ꝛ repñtationi.soluunt vnico vbo.pbatũ est.n.di.39. arti.p̃.ꝙ deus cõpꝛehendẽdo se tanq̃ pncipale cognituꝫ sistendo in sui cognitiõe ex pfectione illius cõpꝛehensionis cognoscit distincte oĩa alia ꝯsecutiue. ¶ Per hoc ad p̃m.distincte repñtare p̃supponit distincta ꝛc. verũ est qñ cognoscit sicut p se pncipale cognitũ.qñ aũt distincte cognoscunt ad cognitionẽ alteri9 cõsecutiue ꝛ p quãdam sequelã non. ¶ Per idẽ ad 2m.qñ dr̃ in oĩ actione opꝫ esse spãle agens. verũ est qñ qõlꝫ est p se ꝛ pncipalis termin9 respectu actionis:qñ xo vnus est termin9 p se ꝛ alia terminant.q2 coruꝫ esse cõsequit actionẽ que est circa p se terminũ:nõ oportet. ¶ Per idẽ ad 3m.cõcedenda est eniꝫ maioꝛ.qñ oĩno excluditur. Et qñ dr̃ in minoꝛi ꝙ essentia diuina cognita absolute excludit oẽs rõnes spãles cognitas. Uerũ est tanq̃ obiecta pꝛima ꝛ pncipalia cognita:nõ tñ tanq̃ cognita ꝯsecutiue. ¶ Per ideꝫ ad 4m cõcedo maioꝛẽ.qñ dr̃ in minoꝛi ex absoluta rõne essentie põt repñtare se ꝛ nõ alia:veꝝ est ꝙ nõ potest representare alia tanq̃ obiecta p se ꝛc. necessario tñ representat alia consecutiue. ¶ Ad 5m dico.ꝙ est alia causa scilꝫ ne faciat natura frustra:sed hoc sequeretur.quia compꝛehensio essentie sufficit.

Ad p̃m 3 Uerucius

Ad scḋm

Ad terciũ

Ad q̃rtũ

Ad quintũ

¶ Distinctio.XXXVII. Questio.I.

¶ Et qm̃ demonstratũ est ex parte q̃o omnia dicantur esse in deo.addendum vr̃ hic.quibus modis dicat. Deus esse in rebus ꝛc.

VTrum angelus diffinite sit in loco hic sunt duo facienda. Pꝛio vtrum angelus possit esse in diuersis locis. Secundo dato:ꝙ oportet eum esse in vno loco.que sit ratio existendi in loco. ¶ Ista questio transfertur ad 2m librum:vbi aget de motu locali angeli.

¶ Distinctio.XXXVIII. Questio.I.

¶ Nunc ergo ad ppositũ reuertẽtes cepto insistamus.supꝛa dictũ est ꝙ p̃scia dei futuroꝝ tm̃ est.sed oĩuꝫ tã bonoꝝ q̃ maloꝝ ꝛc.

IN distin.38. resumit magister mãm de scia dei. Ubi supposita pluralitate ideaꝝ ex di.36. q̃ro. Utꝝ pbabil'r posset teneri ꝙ idee qb9 cognoscit creaturas distinguuntur a nã rei. Hic quatuoꝛ. Pꝛimo ponã rõnes apparentes aliquas ad hoc. ¶ 2° ponã ꝛ soluaꝫ rõnes ponentes eas distingui p intellectũ diuinum. ¶ 3° ostẽdã q̃o poni possent in deo distigui ex nã rei:nõ tñ ꝙ dicãt relõnẽ. ¶ 4° ponã modũ Cõmẽtatoꝛis ſm quẽ ipse ponit ideas:ꝛ attributa distingui nõ ex nã rei quã tenebo.

pdictis. ℂ Ad 2ᵐ rñdent ad formã rõnis. Primo ad pmaꝫ ppositionē dicunt q ipe nõ hꝫ necessitatē ad hoc ponēdũ. Non eniꝫ est necessariũ q omne cognitũ per se eēt actiuuꝫ vel p se cũ alijs. vel etiã cã sine qua non causat actus. Nam deus posset causare in vtute phantastica mea spēm alicui⁹ rei psentis vel future quã nũq̃ vidi. per quã spēm haberēꝫ actualē cognitioneꝫ de re illa qualē nunc habeo de absente ita cũ res obiectiue cognita a me nec p se causauit actum cognitionis in me nec per se cum alijs nec fuit cã sine qua nõ. Qꝛ dato q nõ esset, talē cognitionē habere potero per phãtasiam. Silr dato q obiectũ p se cũ alijs causis eēt actiuuꝫ nõ semp est causa imediata cuiuscũq; actus cognoscēdi sed aliqñ per mediũ: vñ obiectũ act⁹ sciẽtifici nũq̃ causat actũ in po⁹ cognitiua imediate. hoc eniꝫ repugnat actui τ habitui scientifico. τ eodē modo de opinione τ fide: τ ideo ad diuersitatē actuũ τ habituũ stante vnitate obiecti sufficit diuersitas medioꝝ. sicut de eadē ꝯclusione in se scibili. põt vnus habere in se fidē tñ. alius opinionē solũ. terti⁹ sciam ppriedictaꝫ. ℂ Ad 3ᵐ dicunt. q si illa ratio valeret. ꝯcluderet q nõ soluꝫ simul sꝫ successiue impoĩe eēt eundem intellectuꝫ habere actus intelligēdi vel etiã habitus diuersaꝝ rõnũ de eodē obiecto: et per ꝯñs impoĩe eēt aliquã de eadē ꝯclusiõē habere opinionē τ postea sciam de eadeꝫ. Silr impoĩe eēt eundem intellectuꝫ habere fidē. τ actũ credendi in deũ inquantũ est trinus τ vnus τ postea actũ clare visionis: similr impoĩe esset beatũ simul cognoscere reꝫ in ppo genere τ in verbo. Si aũt iste doctor velit dicere q actus opinãdi τ sciendi silr τ actus credēdi τ clare vidēdi. Silr visio rei in verbo τ in pprio genere nõ sunt actus eiusdē rõnis oĩno. tunc nõ videt pbabile. nec verũ. s. q actus habētes media alterius rõnis sint actus eiusdē rõnis omnino. ℂ Ad aliud cuꝫ querit an p vtrũq; actũ habet iudiciũ simile vel dissimile.

Ad tertiũ

Ad scdm dictum.

Dicunt q vtrũ possunt haberi duo actus intelligēdi simul in eodē intellectu de rotunditate terre vel nõ. nec cõcedunt modo nec negãt: tñ ratio per quã pbatur q nõ. videlicet cũ accipit q forme eiusdē spēi nõ pñt esse simul. Hec est negãda nõ soluꝫ in relatiuis pmi τ scdi modi. sꝫ ēt tertij modi in quo mõ sunt taꝫ actus q̃ habitus cognoscēdi. Et silr dicunt q isti duo actus possunt eē dissiles sicut actus quo beat⁹ cognoscit rotunditatē in verbo. τ actus quo cognoscit eã in pprio genere sunt dissimiles. qꝛ vnus est pfectior alio: τ tñ hic aliud est mediũ cognoscēdi. Nec seqtur per vtrũq; actũ habēt dissimile mediũ: ergo per vnũ affirmatiue τ p aliud negatiue: sed est fallacia ꝯñtis. Quia hꝫ aliam cãm veritatis. s. diuersitatē medij cognoscendi eandē conclusionē affirmatiuam. vt declaratũ est. ℂ Ad rõnes pbantes scdam viã rñdent. Ad primũ qñ dicit in maiori. q ibi vnum in aliqbus

Ad pmã

est ratio cognoscendi τc̃. Dicunt q aliqd esse rõnem cognoscēdi aliud põt esse duplr. Uno mõ q vnũ sit rõ formalis cognoscēdi aliud: τ sic est maior vera τ hoc pbatur p exemplũ. In minori tñ est fallacia: qꝛ nec vt sic cã est ratio cognoscendi effectũ nec econtrario. naꝫ vtrũq; hꝫ rõnem formalē distinctaꝫ ab altero. Alio modo dicit aliqd ratio cognoscendi aliud, non q sit ratio formalis obiecti cogniti sꝫ extrinsecũ: psuppositũ tñ cognitioni alterius. τ isto mõ causa est rõ cognoscēdi effectum si maior intelligat de rõne cognoscēdi isto modo negant cam. nec exēplum est ad ppositũ. ℂ Ad aliud qñ dicit. Qua rõne differētia aliquoꝝ necessario apprehenditur τc̃. Dicunt. q p actum vnuꝫ intelligēdi possumus intelligere vnuꝫ actũ vnitate simplicis intelligētie. vel vnuꝫ actũ vnitate cõpositionis vel diuisionis. Si intelligatur de vno actu pmo modo. dicunt q impoĩe est q actus q̃ cognoscit differētia aliquoꝝ sit vnus sicut potētia vna: nã tali actu non cognoscit nisi aliquid vnum in se. Si secundo modo intelligat actus vnus quo differētia aliquoꝝ cognoscitur ꝯcedunt talē vnitatē actus intelligēdi per quã potētia aliqua cognoscit differentiã aliquoꝝ. sed iste actus sic vnus apprehēdit duos actus intelligēdi simplices correspõdētes illis diuersis ẜm rõnes pprias illoꝝ. ℂ Ad primã pbationeꝫ maioris pꝫ q soluꝫ cõcludit vnitatē aliqualē actus quo differētia cognoscitur. sꝫ non vnitatē simplr. qualis est vnitas potētie. sed solũ vnitatē cõpositiõis. τ diuisionis. ℂ Ad 2ᵐ pbationem dicũt q potētia cognoscit diuiam aliquoꝝ p ambos actus simplices simul nõ tñ absolute. sed ad inuicem cõparatos ẜm rõnem differentie. iste tñ actus cõparatiuus cõprehendit in se duos actus simplices p quos itellꝰ cognoscit vtrũq; extremoꝝ que adinuicē cõparat sibi ppria ratio eoꝝ. ℂ Ad tertiã rõneꝫ. qñ dicit duo relatiua simul intelligunt τc̃. Rñdetur p interemptionē maioris. Ex quo eniꝫ habitudo que est paternitas distinguit τ ẜm esse. τ ẜm eēntiã cõtra habitudinē que est filiatio necessarium videt q alius actus itelligendi simplicis itelligētie corñdeat patri sub ppria rõne patris. τ filio sub ppria rõne filij. Dicunt ergo q lꝫ ita sit q pater dicit vnã qdditatē distinctã a qdditate filij, tñ adinuicem opponant: tñ qꝛ vtrũq; eoꝝ illud qd est ad aliud est: ideo vnũ sine alio eē non põt. sic lꝫ intellectio patris τ intellectio filij sint distincte intellectiones: neutra tñ põt haberi sine alia aliqua virtute de mũdo. ℂ Ad pmã ergo pbationē maioris dicũt q vnuꝫ relatiuũ ptinere ad qdditatē alterius põt itelligi duplr. Uno modo tãq̃ aliquid itrinsecũ esse patris, put distinguit a quacũq; spē a patre distincta. Alio modo sicut extrinsecũ necessario reqsituꝫ ad cognitioneꝫ patris. Primo modo vnũ relatiuũ nõ ptinet ad quidditatē alterius. Scdo modo ptinet. Qñ ḡ accipit q illud qd ptinet ad quidditatē alterius intelligitur vna intellectione cũ illo. Uerũ est. si ptinet ad quidditatē primo modo. nõ scdo modo. ℂ Ad scdaꝫ pbationē dicũt. q in relatiuis τ intellectionib⁹ relatiuoꝝ hec ppositio est vniuersaliter neganda. q forme eiusdē generis possunt separari virtute diuina. Et cũ dicitur q tales forme potius videntur habere oppositionē q̃ connexionē. dicunt q oppositio relatiua saltē de primo vel scdo mõ relatiuꝫ vel est quedã coexigentia τ connexio. vel saltem non est sine illa nec aliqua virtute poterit esse sine illa. ℂ Ad tertiã probationem dicunt ad maiorē qd ipsa non est vniuersaliter vera. ℂ Ad probationem quando dicitur, actus vnius potentie remittit actuꝫ alterius potentie. ergo multo magis τc̃. Dicunt q hec non est vlr vera q actus vnius potētie remittit actũ alteri⁹ potētie. Naꝫ actus intelligēdi aliquã quidditatē materialē psupponit pfecte perfectũ actũ in phantasia singularis illi⁹ quidditatis: tñ in potentijs nõ ordinatis essentialr hꝫ ppositio veritatē sicut de visu. τ auditu. Dicunt aũt ad rõneꝫ q

Ad scdm

Ad tertiũ

duo actus de duobus obiectis absolutis abinuicē nō depē-dētibus in eadē potētia simul existētes mutuo se remittūt: duo tñ actus de duobus obiectis se mutuo. sm ꝙ sunt respi-cientibus, nō se inuicē remittunt sed qñ intendit vnus. intē-ditur alter sic se habent respectiua. ergo ⁊c. ¶ Ad illud cōe dictū quo dicitur i probatione minoris ꝙ vnū relatiuū est de intellectu alterius. si intelligit illud dictū ꝙ magis pprie videtur ptendere ꝙ vnum relatiuū sit de cōceptu essentiali intrinseco sui correlatiui negāt illa: sed si intelligit p esse de intellectu alterius esse requisitū ad intellectionē alteri⁹ cō-cedūt. sz hoc nō arguit ꝙ vna itellectione cū alio intelligat. ¶ Ad alias que pbāt ꝙ itell's nō pōt sil' p plures intētiōes existes in ipso intelligē ad iuicē nō ordīata. ¶ Ad pʳᵐ dicūt concedēdo maiorē ⁊ negando minorē: dicunt eni ꝙ nullo-rum contrariorū intellectiones sunt incōpossibiles circa in-tellectu. ¶ Et ad pbationē cū dicit ꝙ opiniones contra-riorū sunt cōtrarie cōcedūt: sed nō sequit opiniōes 3riorū siue cōtrariantur pfecta cōtrarietate siue iperfecta sunt con-trarie circa intellectū. ergo intellectōes contrariorū sunt cō-trarie ⁊ incōpossibiles circa itellectū simul. Naz iste doctor concedit ꝙ intell's per vnū actū intelligēdi simul in indiui-sibili tēporis intelligit cōtraria ⁊ contradictoria. sic̄r inquā-tum hmōi. Dicunt ergo ꝙ opinio addit vltra cognitionē abso-lute assensū ad vnā ptē lꝫ nō totaliter firmū. sicut facit scia: modo lꝫ intellectus posset simul intelligere vtrūq; cōtrario-rum vel contradictoriorū. s. cognoscēdo quid significat per vtrāq; partē contradictionis. ⁊ hoc per vnū actum sm vnū doctorem. vel per duos sm alios. tñ ipossibile est ꝙ intell's vnus simul assentiat veritati vtriusq; contradictoriorū. pro-pter qd non concludit ratio. ¶ Ad auctoritatē phi 2° topi-corū ptingit multa scire ⁊c. Dicunt ꝙ expositio huius litere quā ponit iste doctor nō concordat cū textu Aris. Naz aliud est dicere aliquē scire vel intelligere multa, ⁊ dicere aliquē scire ⁊ intelligere pluribus scientiis. vel pluribus intellectio-nibus. saltē sm istum doctorē. Nam ipse ponit ꝙ cōtingit intelligere plura vt plura simul: tñ dicit ꝙ nō contingit vnū intellectū simul aliqua intelligere pluribus intellectionibus. Ergo cū phs dicat. ꝙ ptingit multa scire. itelligere aūt nō. ex verbis phi habet. de virtute sermōis ꝙ hoc habeat re-ferri ad multitudinē obtorū. nō aūt ad multitudinē actuū. dicunt ergo ꝙ ppositio pōt dupliciter exponi. Uno modo sic. phs vult ibi pbare ꝙ scire sm habitū. nō sit idē ꝙ in-telligere sm actū: quod pbat sic. Contingit (supple aliquē) simul multa scire sm habitū. cōtingit autē (repetēdo verbū pcedens) eiusdē pro eodē tēpore pro quo scit multa sm ha-bitum nō intelligere multa sm actū vel intelligere multa sm actū. Ex his sequitur necessario ꝙ scire sm habitū non est intelligere sm actū. Et cū dicit iste doctor ꝙ ptingentia negatur in 2ª ppositione. Dicūt ꝙ hoc nō habent ex textu. cū verbū cōtingētie pcedat negationē. ¶ Alio modo pōt exponi accipiēdo tā scire ꝙ intelligē. sm actū intelligēdi. Et scire pprie prout est cognitio pclusionis in demonstratiōe. ⁊ intelligere put appropriat pncipiis. tunc sm istā expositionē. arguit phs sic. contingit multa scire. hoc est. scire hꝫ ex cōditione sua ꝙ sit cognitio pluriū. cū eius cognitio de-pendeat ex cognitione pncipiorū que sunt multa. Intellige-re autē nō. i. nō habet ex conditione sua. ꝙ sit cognitio plu-riū. ergo scire pprie dictū. nō est intelligere stricte acceptū. sm ꝙ phs loquitur de eis pmo. ⁊ 2° posteriorū. ¶ Cōtra hanc expositionē dicit doctor. ꝙ lꝫ actus sciēdi sit cognitio pluriū ꝙ actus intelligēdi. Quia cognitio pclusionis depē-det ex pluribus ꝙ cognitio pncipiorū. tñ vtraq; cognitio est pluriū vt plura distinguit cōtra vnū. Intell's eni cū sit ha-bitus pncipiorū apphendit cognitionem subiecti ⁊ pdicati. Modo dicit ꝙ lra phi non dicit. cōtingit scire multa ⁊ itel-ligē pauca. sꝫ accipit ibi multa vt opponit vni. nō vt oppo-nit pauco. vbi dic̄ vt pꝫ ex pnº pſideratiō pſiderādū aūt i vno ⁊ i plib⁹. ¶ Dicūt ꝙ accipiēdo multa vt opponit vni. sic est argumētū phi bonū. arguēdo sic. scire ex cōditione sua habet ꝙ sit pluriū. intelligere ex pditione sua hoc nō habet quoniā intelligere non solū est actus quo itelligimus pnci-pia cōplexa. sed etiā incōplexa. ¶ Ad Algaçelem dicunt. ꝙ ipse loqtur de diuersis scientiis ordinatis (vt patet) que sunt actus corridentes diuersis pclusionibus demonstrationū diuersarū: ⁊ dicit ꝙ tales due non pñt in eodē instāti discre-ti eodē modo esse in eodē itellectu humano. Et hoc conce-dūt etiā: causa est ista. quoniā illi actus sunt incōpossibiles eodē modo in intellectu simul ad quorū obiecta intellect⁹ nō pōt simul se conuertere ea discrete. ⁊ in pticulari cogno-scendo: sꝫ intellectus noster nō pōt discrete ⁊ pfecte cogno-scere vel se puertere discreta cognitiōe ad omnia intelligi-bilia que due demonstrationes abinuicē distincte cōprehē-dunt. ideo ⁊c. Dicunt tamē ꝙ ad qt diuersa intelligibilia se pōt intellectus simul cōuertere discreta cognitione tot intel-lectiones pōt simul habere ⁊ recipere. ¶ Ad illud cōmune dictū. Simplex vbi se conuertit ⁊c. Dicunt ꝙ simplex vbi se conuertit ad vnum siue ad multa totaliter se conuertit idest sm se totum se conuertit: quoniam ex hoc ꝙ est sim-plex nō habet diuersas ptes sm quarū vnā se possit cōuer-tere ad vnum. ⁊ sm alterū ad aliud. Et cū accipit in mino-ri ꝙ nō conuertit se nisi per actū intelligēdi: negāt. quoniā potest se conuertere simul ⁊ p actū vnū ⁊ p actus plures, p vnum actum ad vnum intelligibile per plures ad plura.

Secundus articulus. Qꝫ intell's noster nō pōt habe-re simul plures itellectiones cognoscen-do plura vt plura. Ubi circa hoc teneo ꝙ possibile est hie actualē cognitionē conclusionis sine actuali cognitione pn-cipiorū: ⁊ hoc actu distincto ⁊ simul. Qd sic pꝫ. ¶ Pro oi mensura pro quo ponitur aliqs habitus. nō repugnat habi-tui (quantū est ex natura habitus) quin imediate possit po-ni eius actus. Sꝫ habitus conclusionis pōt eē in aliquo pro aliqua mensura in quo nō est habitus pncipiorū distinctus sicut est cōtrario. ergo pro illa mensura pōt esse actus habi-tus illius conclusionis sine actuali cognitione principiorū. Maior est euidens: pbatur minor p Cōmē. 6. ethico. Ubi querit istā qōnem: cū sapiētia cōtineat intellectū ⁊ scientiā quare posuit Aristo. qnq; habitus intellectuales quib⁹ con-tigit verū dicere. Respondet Cōmē. 57. cōmēto dicens sic. Quia ab inuicē cōtingit separi. ⁊ sm seipsa existentia primo deinde conueniētia ⁊ sapiētiam pficientia. Ecce ꝙ ab inui-cem possunt separari cognitio pncipiorū ⁊ pclusionis ⁊ eō-trario. Et hoc est qd sequit: cōtingit eniꝫ aliquē sine scientia itellectuali solum eā que circa principia habere veritatem non quidē esse scientē ex principiis demonstrata nō cogno-scentem ppter hoc neq; sapientē. a partiū altera deficientē. Ecce primū. Et scientē non esse intellectualē ptingit eā que circa pncipia nequaꝙ possidere veritatē. Ecce 2ᵐ. Cum aūt ambas cōcipit veritates ⁊ eam que circa pncipia ⁊ eā que circa ea que ex pncipiis sunt deducta ⁊ tunc intellectualis est, vt theologus sciens siue scientificus. vt que ex pncipiis p pncipia edoctus: hec Cōmen. ¶ Propter solonem argu-mentorū est intelligendū ꝙ quantū ad ppositū spectat. tres sunt actus in intellectu. Unus elicitus sm habitū primorū principiorū qui vocat intelligere. Alius q est generatio scie-tie seu habitus pclusionis qui vocat inuestigare seu discur-rere. Tertius qui est cognitio scientifica seu ipsa speculatio que est elicita mediante sciētia que est habitus cōclusionis qui vocatur psiderare aut scire. ¶ Primus act⁹ est circa p-ma pncipia in se ⁊ absolute considerata. Duo scdi actus sūt circa pncipia in habitudine principiorū ad conclusiōes. Et

Ad 3ᵐ dictum.

Ad primum

Instantia

Ad secundum argumentum.

Ad ultimum

Ad argumentum opis.

Tres sunt act' intell's.

sic se habent isti tres actus.φ pmus pcise ꝛ formalr ꝯtinet cognitionē principiorū in se:vterqꝫ autē actus scōs.s.generatio habitus ꝛ ꝯsiderare fm illuz habitū cōcipiēdo formalr notitiā ꝯclusionis.cōtinet solū virtualr cognitionē pncipiorum:sicut dispositio continet virtualr cognitionē de qd nominis.Sꝫ contentū virtualr in aliq̄ vt sic nō distinguit̄ specifice ab eo:vt pꝫ de vegetatiuo ꝛ sensitiuo cōtentis in intellectiua ꝛ de cognitione confusa vt est gradus intrinsecus cognitionis diffinitiue(de hoc lib.2.dis.1.q.3.ar.1.ꝛ.q.4.ar.3.) ꝛ ideo sequtur φ cognitio pncipiorū vt cōcurrit cū cognitione ꝯclusionis nō est actus specie distinctus.seu plurificatus ꝛ alius ab eo.¶ Per hoc ad argumēta.Ad pmuꝫ pncipale negat̄ maior.qn̄ dicit̄ φ sciens aliquā cōclusionē actualiter ꝓ eadem mensura intelligit pncipia ꝛ in se.ꝛ in habitudine ad conclusionē.¶ Ad probationē qn̄ arguit̄ cōtra tres rn̄siones.Teneo tertiā rn̄sionez que dicit φ ad actualē cognitionē cōclusionis sufficit cognitio pncipiorū sub habitudie ad cognitionē ꝛ nō in se.¶ Et qn̄ arguit̄ in 3tium.Ad pmā ꝓbationez qn̄ dicitur φ pncipia siue intelligant̄ in habitudine ad conclusionē siue in se/semꝑ eorū cognitio est distincta cōtra cognitionē cōclusionis.qꝛ cognitio cōclusionis est scientifica ꝛ illa nō.Dico φ si accipiat̄ intellectio pncipioꝝ pcise in se.sic illa cognitio est distincta cōtra cognitionē cōclusionis.Si iterū accipiat̄ cognitio pncipiorū in habitudine ad cōclusiones in illo actu intellectiuo qui est generatio scientie.adhuc aliquo modo distinguit̄ a cognitione cōclusionis que est sciētifica.Si iterū accipiat̄ cognitio pncipiorum in habitudine ad ꝯclusiōes in illo actu qui est scire.tūc dico.φ isti nō sunt duo actus specifice distincti seu numero sed sunt vnus actus virtualr cōtinens pncipia ꝛ conclusiones:sicut definitio virtualr cōtinet genus ꝛ differentiā quia est de vtraqꝫ in habitudie ad inuicē.Et isto 3° modo.ꝛ secūdo etiā:dico φ sciēs actualr aliquā cōclusionē scit pncipia in habitudine ad cōclusionē.ꝛ hoc est scire vno actu nō pluribus.¶ Ad 2ᵐ qn̄ dicitur φ scire est per cām cognoscere.ꝛ quoniaꝫ hoc huius est causa.Dico φ per hoc qd̄ dicit.φ scire est per cām cognoscere.ꝛ quoniā hoc huius est causa.non oꝫ fieri punctuatio in medio aꝫ pcisione ad sequens.vt sit sensus φ scire est per causaꝫ cognoscere.i.cognoscere principia in se ꝛc̄.sed debet esse cōtinuatio sine punctuatione aut precisione cum dictione copulatiua/ꝛ/vt sit sensus:scire est per cām cognoscere:ꝛ copulatiue.quoniā huius est causa.i. in habitudine ad conclusionē.¶ Ad aliud qn̄ dicitur.φ in syllogismo demōstratiuo non soluꝫ requirit̄ φ pncipia sint necessaria in inferendo sed in se:concedo.Et qn̄ dicit̄.ergo opꝫ scienteꝫ conclusionē non soluꝫ simul scire pncipia in necessaria habitudine ad conclusionē sed etiā in se.Dico φ verū est φ habitualr in se opꝫ eū scire principia.sꝫ nō actu elicito.¶ Ad alia argumēta sua que sunt ex parte intellect⁹ cōponentis ꝛ diuidētis.Ad primū qn̄ dicitur φ vnus intellectus in eodē instanti distinguit inter aliqua speculatiua ꝛ aliqua moralia.Dico φ verū est.Et quando additur φ hoc nō facit per actū intellectus mere moralē.ergo ꝑ vtrūqꝫ simul actu existentē in intellectu.Dico φ hoc facit per vnū actuꝫ quo copulat speculatiua moralibus.ꝛ hoc est per vnū actuꝫ virtualr continentē vtrūqꝫ.Uerbi gratia.6.ethicorū distinguit Aris.tres habitus in intellectu.s.intellectū principioꝝ. scientiaꝫ ꝯclusionis.ꝛ sapientiā:ꝛ dicit φ sapientia est vnus habitus habēs actus vtriusqꝫ alterius habitus.Sapiētis.n. vt dicit est nō soluꝫ ex pncipijs scire.sed ꝛ circa pncipia verū dicere.Sic in ꝓposito dico.φ actus quo distinguimus inter speculatiua ꝛ moralia.ē vnus act⁹ virtualr ꝯtinens speculationē ꝛ praxim.De hoc satis.1.lib.in ꝓlogo.q.de practico ꝛ speculatiuo articulo.5.¶ Ad 2ᵐ quando querit̄.An actus intellectus cōponentis ꝛ diuidētis sit vnus vnitate simplicis intelligentie aut cōpositionis.Dico φ vnitate habitudinis ꝛ cōpositionis.Et qn̄ dicit̄.que sunt vnū cōpositiōe sūt simul.ergo actus diuidēdi ꝛ cōponēdi sunt simul.qd̄ est ꝓpositum.Dico φ actus cōponēdi ꝛ diuidēdi possunt duplr considerari.Uno modo vt sibi inuiceꝫ succedunt in ordine discursus itellectiui.ꝛ sic non sunt simul nec ꝓprie cōponūt nec sunt vnus act⁹.Alio modo vt ambo ꝯtinent̄ virtualiter in cognitione sciētifica que est cognitio ꝯclusionis.sicut cognitio confusa virtualr ꝯtinetur in diffinitiua:ꝛ sic cōponūt ad inuicē.ꝛ sunt simul.qꝛ sunt idē actus numero sed solū diuersi fm gradus in eodē actu:vt habet̄.1.lib.dis.1.q.3.ar.1. ¶ Ad vltimū qn̄ dicit̄ qui diffinite cognoscit vnum relatiuorū diffinite cognoscit ꝛ reliquū.ꝛ ita vtrūqꝫ sb̄ ꝓpa rōne simul intelligit.qꝛ relatiua sunt simul intellectu:cōcedo.Et qn̄ dicit̄ φ intelligere aliqua duo simul sub ꝓprijs rōnib⁹ quibus distiguunt̄ est habere plures itellectiones simul.Dico φ nō est verū nisi in absolutis vbi vtrūqꝫ intelligitur vt est aliquid in se:in cognitione eniꝫ relatiuorū quoꝝ esse consistit in cōpositione.ꝛ per ꝯñs in diffinitiōe nō opꝫ φ talis cognitio pluriū sit duo actus sed vnus.qꝛ ibi plura itelligūtur sub quadaꝫ connexione ꝛ vnione.¶ Alr rn̄dent aliq̄ ad ista argumēta de cōpositiōe ꝛ diuisione:ꝛ dicunt.φ nō solū sunt vnus actus virtualr sed sunt duo actus elicin iter se diuersi:sed tn̄ habēt rōneꝫ vnius actus inquantū habēt habitudinē ad inuicē vt sic.i.vt sunt vnus actus sunt simul in intellectu ꝛ non vt plures.Quere lib.1.dis.1.q.1.articulo.2.de actu recto ꝛ reflexo circa medium.

Tertius articu.An beatus aut angelus possit simul intelligere plura ꝛ hoc in ꝓpo genere.¶ Dicunt qdam Tho.cōtra Gentil.lib.2.ca.98.φ vt cognoscuntur per diuersas spēs.ꝛ vt diuersa cognita.nō cognoscunt̄ simul.sed qn̄ cognoscunt̄ multa in vna spē.ꝛ per ꝯñs vt vnū cognitū tunc cognoscunt̄.¶ Alibi de veritate arti.8.q.14. hoc ꝓbant.Forme diuersoꝝ generum siue diuerse rōnis possunt simul esse in eodē ꝛ in esse perfecto:ꝛ hoc qꝛ eis corrn̄dent diuerse potentie.sed forme eiusdē rōnis nō possunt esse simul in eodem nisi in po ꝛ in esse incōpleto.Sed oēs spēs intelligibiles sunt eiusdē rōnis/sꝫ res quarū sunt sint diuerse rōnis:qd̄ ꝓbant.qꝛ oēs respiciūt potentiā que est eiusdem rōnis.s.intellectiuā.Igit̄ lꝫ multe spēs possunt esse sl̄ in potētia ꝛ habitu φ est esse incōpletuꝫ nō possunt tn̄ poni in intellectu in actu cōpleto.quas etiā intellectus itelligit per has sunt in actu cōpleto.ergo ꝛc̄.¶ Cōtra.si oēs spēs intelligibiles sunt eiusdē rōnis qꝛ sunt in potētia eiusdē rationis.cum ergo oēs colores in superficie habēt potentiā eiusdem rōnis.Sicut eniꝫ intellectus per rōnem intellectualitatis sue natus est recipere oēs species itelligibiles ita superficies per rōnem superficiei nata est recipere oēs colores.sequit̄ φ oēs colores sunt eiusdē rationis forme.¶ Dices φ colores diuersi determināt sibi diuersas partes superficiei ꝛ hoc est determinare sibi diuersas potentias non sic hic. ¶ Contra.Sicut superficies est vnuꝫ totū extensuꝫ fm molem.ita intellectus potest esse vnuꝫ totū extensuꝫ fm virtutē.ꝛ ita fm φ est multiplex virtute potent per diuersas capacitates virtuales recipere simul diuersas species fm suū esse cōpletum sicut superficies.¶ Iteꝫ.Eque ipossibile est duas formas eiusdē rōnis esse in eodē insimul fm esse ꝑfectum quo ad primū actuꝫ sicut quo ad 2ᵐ.Uerbi grā.eque ipossibile est in hoie esse simul duas animas intellectiuas sicut duos actus intelligendi:qꝛ vnum sequtur ad aliud.Sed due species intelligibiles representantes res diuerse rationis sunt simul in intellectu in habitu(vt conceduntur)ꝛ hoc est eē simul fm actuꝫ primū perfectū.ergo nullo modo sunt forme eiusdem rationis vt dicunt.Non video igitur φ ratio ipossibilitatis intelligendi plura simul sit accipienda ex pte

Ad pᵐ 3ᵘᵐ rn̄sio nē 13° ar.

Ad scōm

Ad tertiū

Ad q̄rtuꝫ

Ad q̄ntū

Ad sextū

S.Tho.

3.G.Th.

Instantia

Rn̄so.

Rñsio formalis.

speciem̃ sed si est.accipiet ex limitatione intellectus. ¶ Sȝ sine assertione dico.ꝙ angelus põt intelligere plura vt plura simul cognoscẽdo vtrũqȝ distincte ꝛ ꝓprie.cognitiõe qua cognoscunt res in ꝓprio genere. Hoc videt̃ seq̃ ex p̃missis. Unde ꝓbatuȝ est.q.p̃cedenti arti.2.ꝙ angelus potest simul itelligere eẽntiã diuinã intelligẽdo creaturas in ea.ꝛ simul intelligẽdo creaturã aliquã in ꝓprio gñe.ita ꝙ ibi sint plures intellectiones simul ꝯ plura intellecta. Sed planũ est.ꝙ nõ reqritur maior ꝑspicacitas itellꝯs ad intelligendũ simul duas creaturas in ꝓprio genere q̃ȝ intelligere essentiam diuinã ita ꝑfecte vt ꝯsequatur in itellectu nostro cognitio creaturarũ:ꝛ simul cognoscere aliquã creaturam in ꝓprio genere.ergo cum ponit primum ponit istud secundum. ¶ Quid autem ꝓhi poneret. An intelligẽtia intelligẽs deum simul posset itelligere seipsaȝ vt seipsa est nõ solum in essentia diuina ꝯsecutiue.ꝛ an intelligẽdo quãlibet supiores posset simul intelligere seipsam in ꝓprio genere:alꝯs poterit videri.

¶ Distinctio.XI. ¶ Questio.I.

¶ Illud quoqȝ sciendũ est ꝙ angeli boni deputati sunt ad custodiam hominum ita vt quisqȝ electorum habeat angeluȝ ad sui profectũ atqȝ custodiam specialiter delegatum ꝛc̃.

In distin.II. agit̃ de custodia angelorum:vbi quero. An tot sunt angeli in multitudine quot sunt homines custoditi.

Hic tria ꝓrimo vidẽdũ est de multitudine angelorum. ¶ Scd̃o de multitudĩe sub specie. ¶ Tertio de quo genere sit illa multitudo.

Opio pª

Primus articulus. De multitudĩe angelorum. Ubi dicitur. ꝙ sunt plures angeli q̃ȝ sunt omnes forme materiales. Qḋ sic imaginat̃. Imaginentur eniȝ due linee vna cuius p̃muˀ pũctus sit p̃ma materia.ꝛ scd̃s sit angelus p̃mus.imaginet̃ alia linea cuius p̃mus punctus sit p̃mus sit ipse angelus.ꝛ vltra extendo punctus scd̃s sit deus. Tunc manifestũ est.ꝙ illa linea cuius p̃mꝰ punctus est mã p̃ma ꝛc̃.habet pauciores q̃ȝ linea cuius p̃mus punctus est p̃mus angelus ꝛ scd̃s deus:qꝛ minus distant materia p̃ma ꝛ angelus q̃ȝ angelus ꝛ deus.qꝛ illa finite ista infinite. Eodeȝ modo est imaginanduȝ in ꝓposito ꝙ ille forme que sunt in illa linea que est inter primã materiã ꝛ p̃mum angeluȝ sint pauciores q̃ȝ que sunt in illa linea que est inter p̃mũ angelũ ꝛ deuȝ. Sed iste forme que sunt in illa linea que est iter primum angelũ ꝛ deũ sunt oẽs angeli.ergo plures sunt q̃ȝ oẽs forme materiales.

Opio 2ª

¶ Contra istã opinionẽ arguit̃. Quanto aliqd est ꝓrimius p̃mo tãto est in minori multitudine sicut pȝ in numero. Sed angelus est ꝓrimior deo q̃ȝ forme materiales.ergo ꝛc̃.

Rñsio

¶ Potest dici ad istas opiones ꝙ nihil valent. Uñ ad primũ qñ dicit̃. Maior est distãtia inter p̃muȝ angelũ ꝛ deũ q̃ȝ inter materiã p̃mã ꝛ p̃mũ angelũ.ergo sunt plura media. Dico ꝙ bene cõcluderet.si deus ageret de necessitate nature:modo aũt hoc nõ est.ideo ꝛc̃.sȝ bene cõcludit de possibili.s.ꝙ vbi est maior distãtia ibi possunt eẽ plura media:sed tunc nõ habẽt ꝓpositũ.qꝛ ipsi vellent ꝓbare de facto. ¶ Argumẽtũ etiã qḋ fit cõtra eos nõ cõcludit. Qꝛ qñ dicunt ꝙ illud qḋ est ꝓrimius primo ꝛc̃. Dõm ꝙ nõ est simile de numeris.qꝛ inter vnũ qḋ est p̃ncipiũ nũeri.ꝛ multitudinẽ est distãtia finita.ꝛ ideo qḋ est ꝓrimius p̃mo bene est in minori multitudine. Sed qꝛ inter vnum qḋ est deus ꝛ p̃mã multitudinẽ est distantia infinita.ideo possent esse infinita media.ꝛ ita non concludit.

Opio pª

Secundus articulus. An sub eadẽ specie possunt eẽ plures angeli. Ubi dicunt qdã ꝙ in angelis nõ est multitudo. Qꝛ ois multitudo in creaturis est ꝓpter materiã. Sed in angelis nõ est materia.igit̃ ꝛc̃. ꝓbatio maioris. Qꝛ ꝙ res m̃ltiplicat se.est qꝛ nõ põt perpetuari in seipsa.2.de aia. Sed cã quare res nõ põt ꝑpetuari in seipsa est mã que est poª ꝯdictionis ꝛc̃.

Argᵐ pᵐ

¶ Itẽ. Auicẽna.5.meta.ca.2.dicit sic. In his aũt naturis ista que nõ eget mã ad ꝑmanendũ vel ad incipiẽdũ si est.impoẽ est m̃ltiplicari.ꝛ spẽs huiꝰ est vna nũero.hꝯ.n.mã nõ multiplicat̃ dĩntys.nec materys.nec accñtibus. Dĩntys nõ ꝑꝑ suã simplicitatẽ. Materys nõ.qm̃ abstracta est vel nuda. Accñtibus nõ:qm̃ accñia aut sunt inseparabilr̃ cõcomitantia mãȝ.ꝛ tũc nõ dit in eis multitudo que est sub specie.aut accessibilia nõ ꝯcomitãtia mãm quorum accessio fit ꝑꝑ ꝙ pẽdent ex mã:indiciũ igit̃ de hꝯ cũ fuerit spẽs.est vt eẽ eiꝰ sit vnũ nuõ.

Argᵐ 2ᵐ

¶ Itẽ. Arguit sic. Qñ aliq̃ ꝓprietas ꝯuenit alicui p̃ ꝑ se nõ põt ꝯuenire alteri nisi rõne illiꝰ cui cõuenit p̃. ¶ Sed diuidi in ꝑtes p̃ ꝛ per se ꝯuenit quãtitati.g̃ ꝛc̃. Sȝ ꝑticipare quãtitatẽ repugnat angelo.igit̃ ꝛc̃. Maior pȝ.p̃ posteriorum.ca.5.passio demr̃ata de subto p̃ nõ demr̃atur de alio nisi ꝑ vt hȝ rõnẽ illiꝰ p̃mi subti sic hie tres demr̃atur p̃ de triãgulo.ꝛ de isochele nõ nisi vt hȝ rõnẽ triãguli ꝛc̃. Minor pȝ.5.meta.ca.de quãto. Quãtuȝ est ꝙ diuid it̃ in ea que insunt quorum singulũ est vnũ qd ꝛ h̃ aliqd ꝑ h̃ ꝙ dic̃ h̃ aliqd itelligit̃ ꝙ sit singlare.ꝛ ꝑ h̃ ꝙ dic̃ vnũ qd.intelligit ꝙ sit vniꝰ rõnis. Igit̃ ꝓpriũ est quãtitati diuidi in plura eiusdeȝ rõnis.

Argᵐ 3ᵐ

Argᵐ 4ᵐ

¶ Itẽ. Qḋ ꝯuenit alicui ꝑtici patiue nõ ꝯuenit ei nisi rõne illius cui essentialr̃ ꝯuenit/sed habere partes eiusdem rationis essentaliter conuenit quãtitati ꝛ ꝑticipatiue subẽ.g̃ nõ ꝯuenit sibi nisi ꝑ quãtitatẽ.igitur ꝛc̃. Minor pȝ.1.poste.subã est idiuisibilis de se.ꝛ sõ diuisio nõ ꝯuenit sibi nisi rõne quantitatis.silr̃ in de subã orbis diuisio est in subto per quãtitatẽ.

Argᵐ 5ᵐ

¶ Itẽ. Ois dĩa formalis est specifica. Sȝ duo angeli cũ sint forme simplices dĩnt formaliter.g̃ specifice.igit̃ ꝛc̃. Maior pȝ.qꝛ spẽs ꝛ foia idẽ.10.meta. Silr̃ in fine eiusdẽ:masculus ꝛ femina nõ dĩnt s̃ȝ speciẽ qꝛ solũ s̃ȝ mãm. Igit̃ que dĩnt s̃m formã ꝛ nõ mãȝ dĩnt specifice. Sȝ duo angeli dĩnt ꝑ formã.igit̃ ꝛc̃.

Argᵐ 6ᵐ

¶ Itẽ. Quecũqȝ sunt diuersa nũero ꝛ eadẽ spẽ hñt mãm. Sȝ duo angeli nõ habẽt mãm.g̃ nõ dĩnt tm̃ nũero.sed spẽ. Maior põt ꝓbari.12.meta.vbi ꝓbat ꝓhs ꝙ nõ sunt plures celi.qꝛ tũc eẽnt plura p̃ncipia p̃ª ꝛ haberẽt mãȝ ꝛ dat cãȝ quare:qꝛ que differũt solo numero habẽt materiaȝ.g̃ ꝛc̃.

Argᵐ 7ᵐ

¶ Itẽ. In entibꝰ ꝑfectis nihil poẽ est nisi qḋ itendit̃ a nã. Sȝ pluralitas numeralis nõ intẽditur a nã qꝛ talis ꝓcedit in infinitũ.ꝛ nihil tale itendit̃ a nã.g̃ pluralitas nũeralis nõ est ponẽda in entibus ꝑfectissimis cuiusmodi sũt angeli. De h̃ lib.1.dis.7.ar.1.

Ꝯ pᵃᵐ opinionem.

¶ Contra opionẽȝ arguit̃ multiplr̃. ¶ Primo.ꝙ illi innituntur falso p̃nº.s.ꝙ distõ in eadẽ spẽ sit ꝑ quãtitatẽ arguit̃ sic.

Argᵐ pᵐ.

Generãs distinguit̃ a genito circũscripto.quocũqȝ alio dñte a gñante ꝛ a genito.qꝛ ipoẽ est ꝙ idẽ generet se ẽt in diuinis. Sȝ gñans nõ est gñans ꝑ quãtitatẽ.nec genitũ est genituȝ ꝑ quãtitatẽ:nõ eniȝ est de formali rõne gñantis vel geniti.qꝛ tũc vel eẽt p̃nᵐ foiale vel terminꝰ formalis gñationis. Igit̃ circũscripta quãtitate distinguit̃:sȝ illud nõ est formalis rõ distõnis quo circũscripto adhuc distinguit̃.g̃ ꝛc̃.

Argᵐ 2ᵐ

¶ Itẽ. Qḋ s̃m suã formalẽ rõnem est idistincuȝ ꝛ tm̃ vnũ indiuisuȝ nõ põt eẽ cã ꝛ formalis rõ distõnis ꝛ pluri rõnis idiuiduorũ.qꝛ nihil est cã sui oppositi. Sȝ quãtitas cõtinua s̃m se oĩ alio circũscripto nõ est nisi vnũ quãtũ.vñ Cõmẽ.5.phy.in mathematicis idẽ est cõtinuũ ꝛ ꝯtiguũ qꝛ nõ nũeratur nisi ꝑꝑ formã ꝛ mãȝ in qua recipitur. Ergo forma est cã multiplicatiõis quãtitatũ ꝛ nõ ecõtrario.

Argᵐ 3ᵐ

¶ Itẽ. Illḋ qḋ est cã alicuiꝰ ꝓprietatis p̃ ꝯuenit ei cui p̃ cõuenit illa ꝓprietas.g̃ cã diuisibilitatis p̃ cõuenit ei cui p̃ ꝯuenit diuisibilitas talis. Sȝ illud qḋ est diuisibile in plura supposita siue in ꝑtes subiectiuas est nã specifica:si g̃ quãtitas sit formalis rõ

quare

q̄re nā diuidit̄ in ptes subiectiuas.ğ quātitas ꝑ ꝯuenit nāe spe/
Arg^m 4^m
cificeq͂ qḋ falsū est.q2 ꝑ cōuenit īdiuiduo ⁊c.¶ Itē.Ex po/
ritate substātie ad q̄titatē pōt argui sic.Nā.7.meta.suba ē
ꝑoꝛ oī accn̄te cog̃ne/diffōne/⁊ tpe.⁊ illḋ est veꝝ de oī suba
q̄ ꝑdicabili.Q2 de illa suba ꝓbat φ ꝑcedit oē accn̄s de qua
ꝓbattit φ cōdiuidit ens.s3 tale nec est de⁹nec mā ꝑma.ğ ⁊c.
Silr̄ illa suba ꝑcedit accidēs de qua postea concludit φ ad
determinanduz de ente sufficit determinare de suba.q2 oīa
alia a suba habēt attributionez ad subam.S3 talis suba est
ꝑdicamentalis nō de⁹ vel mā ꝑma.ğ qḋ est ꝑ^m in ordine ꝑ/
dicamētali sube est ꝑus oī alio.S3 ꝑma suba ⁊ indiuiduū
est ꝑ^m in ꝑnto sube.igit̄ ꝑcedit oē accidēs.S3 ꝑcedēs aliḋ
Arg^m 5^m
nō h3 eē ab eo φ seqtur ipm.ergo ⁊c.¶ Itē.Ex pte coordi/
natōis ꝑdicamētalis arguit̄ sic.In oī linea ꝑdicamētali est
spēs circūscripto oī alio alteri⁹ coordinationis.q2 nullus di
cit φ spēs ꝯstituit̄ in linea ꝑdicamētali ꝑ aliqḋ accn̄s.De ra
tione aūt spēi est φ sit ꝑdicabilis de plurib⁹.ğ circūscripto
oī alio ⁊c.est ꝑdicabilis sic.S3 impoīe est φ sit ꝑdicabilis
sic nisi ꝼm possibilitatē.ita φ poīe sit plura esse de q̄bus est
ꝑdicabilis.ğ oī alio circūscripto pn̄t esse plura talia.s3 talia
Arg^m 6^m
sunt indiuidua.ğ ⁊c.¶ Itē.Nullū per accn̄s suscipit ꝑdica/
tionē supioꝝ ⁊ eēntialiū in aliquo gn̄e ꝑ se.ğ nullū vltimū
subycibile īquātū tale cuiusmodi est īdiuiduū pōt esse vnū
ꝑ accidēs.Sed īcludēs res diuersoꝝ ꝑdicamētoꝝ est ens ꝑ
accn̄s.igit̄ nullū indiuiduū erit includēs sic quātitatē.ğ ⁊c.
Arg^m 7^m
¶ Itē.Ex parte potētie arguit̄ sic.Impoīe est φ non suba
fiat suba sine mutatione subali.vel φ hec suba fiat non hec
suba sine mutatiōe tali.S3 poīe est in illa mutatione facta
circa subam qḋ fiat mutatio circa quantitatē.poīe est.n.per
potentiā diuinā φ corrūpatur quātitas in suba ⁊ creet̄ alia
quātitas:ista autem creata pōt equalr̄ informare subam sicꝫ
ꝑma quātitas:q2 iste due quātitates nō dn̄t in aliq̄ ꝑfectio/
ne sed solo nūero.S3 si suba haberet singularitatē a quāti/
tate haberet mō aliā singularitatē q̄ ꝑus.q2 h3 aliā quātita
tē:sic ğ eadē suba manēte posset hec suba fieri nō hec suba.
⁊ suba sine mutatione subali.qḋ est ꝯtradictio.¶ Dicitur ğ
φ in eadē spē distō non est ꝑ quantitatē.De hac mā diffuse
lib.3.dis.11.⁊.12.¶ Ad h̄ est articulus ordinarius.q2 intelli
gētie nō habēt mām de⁹ nō posset ples facere eiusdez spēi/
error.sed si non posset sine quantitate non posset sine mā.
Ad arg^m ꝑ^m pme opīonis.
igitur ⁊c.¶ Rn̄deo igit̄ ad rōnes in oppositū.¶ Ad ꝑmā
nego maioꝛē.Ad ꝓbationē dico φ auctoritas loqtur φ non
est multitudo per gn̄ationē ⁊ corruptionē nisi in habētibus
Ad scḋm
mām:⁊ hoc est verū.s3 hoc nō est ad ꝓpositū de angelis.vt
Ad tertiū
ꝑ se p3.¶ Ad illud Auicē.dico φ quartū est dare.s.φ mul/
tiplicentur suis naturis singularibus sicut aīe nostre.¶ Ad
ꝑmū alioꝝ qn̄ dicit̄ φ qn̄ aliqua passio vel ꝓprietas cōue/
nit ⁊c.Dico φ ex definitione Phi ipsi⁹ quāti.nō h3 diuidi
in ptes eiusdē rōnis:q2 in illa diffinitiōe ꝑmo dicit φ quātū
est qḋ diuidit̄ in ea que insunt.Sed ista pticula nō includit
φ diuidit̄ in ptes eiusdē rōnis.q2 ea que insunt cōponūt to
tū cuius sunt.s3 ptes subiectiue que sunt eiusdē rōnis nō cō/
ponūt.ğ ⁊c.Silr̄ ex alia pticula.s.φ singulū eoꝝ est hoc ali/
qd.nō hī φ sint ptes eiusdē rōnis.s3 φ qḋl3 l qḋ diuidit̄ sit
singulare:⁊ sic distinguit̄ a diuisiōe gn̄is in spēs.q2 spēs est
singulare.Per hoc ēī φ dicit φ singularissimū eoꝝ est vnū
aliqd intelligit φ qḋlibet sit vnū exn̄s ꝑ se.sicut totū: ⁊ ꝑ h̄
distinguit̄ a diuisiōe ꝯpositi in ptes eēntiales illi⁹.cuiusmo
di sūt mā ⁊ foꝛ^a q̄ nō existūt ꝑ se.Uñ nō intelligit φ diuidat̄
in ptes que sunt vnius rōnis(vt dicūt)s3 ꝑ ꝑmā pticulā po
sitā in diffinitione distinguit̄ a diuisiōe nāe in īdiuidua:per
scḋaz a diuisiōe gn̄is in spēs:ꝑ 3^{am} a diuisione cōpositi in p/
tes eēntiales illi⁹ cōpositi.Silr̄ ista diffinitio(sicut p3 ibidē
in.5.meta.)nō solū cōuenit quātitati cōtinue s3 quātitati di/
screte.⁊ quātitas nō semꝑ diuidit̄ in ptes eiusdē rōnis sicut
nūerus senari⁹ diuidit̄ in numerū quaternariū ⁊ binariū.si/
Ad q̄rtū
militer cōtinuum in bicubitū ⁊ tricubitū.que nō sunt eius/
dē rōnis.ğ ⁊c.¶ Ad aliud dicit̄.φ est duplex diuisibilitas
Duplex diuisio.
vna intensiua.⁊ alia extēsiua siue ptis extra ptez.⁊ in ptes i/
tegrales.alia nō ptis extra ptē.s3 in ptes subiectiuas.Dico
igit̄.φ diuisibilitas ptis extra ptē ⁊ extensiua.ꝑ ⁊ essentialr̄
cōuenit quantitati.Uñ nulla suba nec mā est extensa nisi ꝑ
quātitatē.⁊ ista diuisio nō est ad ꝓpositū.q2 ꝼm eā nō atte/
ditur multiplicatio nāe in indiuiduis.Sed diuisibilitas 2°
modo.s.itensiua ⁊ in ptes subiectiuas nō est a quantitate.q2
plus de mā est in vno pugillo terre itensiue q̄ in vno pugil
Ad q̄ntū. Forma dr̄ duplr̄.
lo ignis sub eadē quātitate:⁊ ꝑ ꝯn̄s diuisibilitas talis itensi/
ua nō est a quātitate.¶ Ad aliḋ di.φ foīa pōt sumi duplr̄.
Uel ꝑ foꝛ^a q̄ ē altera ps cōposita:vel ꝑvt foꝛ^a di qdditas aut
nā speci^{ca} rei.sic frequēter accipit̄.10.meta.Que dn̄t foīa ꝑ
mō nō differunt formalr̄ ⁊ specifice.s3 bene differūt in foꝛ^a.
Uñ magna dīa est differre in forma.⁊ differre in dīa for/
mali.Q2 duo īdiuidua eiusdē spēi.dn̄t in foīa.nō tñ in dif/
ferētia formali.Unde maioꝛ est vera:⁊ minoꝛ falsa.Qḋ aūt
di de Phō.Dico φ Phs accipit spēm ⁊ formā ꝓ quiddita
te.Silr̄ qḋ di de masculo ⁊c.Dico φ ista nō est ꝑcisa rō q̄/
re masculus ⁊ femina nō differūt spē.q2.s.differūt ꝼ3 mām
sed q2 sunt idē qdditate:⁊ silr̄ non est ꝑcisa cā quare aliqua/
dn̄t ꝼm spēm.q2 differūt ꝼm formā nō mām.s3 q2 differūt
Ad sextū R̄n̄^o vt̄.
qdditatiue.¶ Ad aliud.dico φ maioꝛ est simplr̄ falsa.q2
due anime sepate distinguunt̄ numero ⁊ spē ꝯueniunt.⁊ tñ
ꝼm eos nō cōponuntur ex materia.ğ ⁊c.¶ Dices φ distin
guunt̄ ꝼm inclinationes.q2 hn̄t diuersas inclinatiōes ad di
uersa corpora.Contra.Respectiuū ei⁹ est illa iclinatio pre/
suppōit absolutū.igit̄ isti habitudines ꝑsupponūt ipas aīa/
mas distinctas.silr̄ respect⁹ nō est de eēntia absoluti.Quia
ꝼm Aug.7.de trini.ca.2.Omne qḋ relatiue di est aliqd ex/
Ad 7^m
cepta relatiōe.¶ Ad aliud:cōcedo maiorē ⁊ nego minorē.
Ad ꝓbationez.dico φ est fallacia ꝯn̄tis.sic arguēdo:infini/
tas nō intēditur a nā.ergo nec pluralitas.¶ Ideo teneo cō
Opinio Aucto.
trariū.⁊ pono rōnes satis speciales de angelo.¶ Si eni ali/
quid īpediret hoc eēt.Aut q2 numeratio est reruz mām.sed
angeli nō habēt materiā.Aut q2 numeratio reꝝ est ꝑ quan/
titatē mollis.quā nō hn̄t.Aut q2 numeratio est per subz an/
geli.Aut nō recipiunt̄ in subiecto.s3 nullū istoꝝ īpedit.ğ ⁊c.
Probatio minoris.Q2 itellectiones angeli nūero differunt:
non tñ ꝑ mām nec ꝑ quātitatē mollis(vt certū est)nec per
subm.q2 in eodē subiecto sunt.s.in itellectu ei⁹.¶ Itē.De⁹
creat distinctas animas ita φ actus creādi posset sistē actus
suū ad animā.q2 aīa est actus q potuit sistere actionem dei.
S3 qua rōne hoc poss3 fieri de vna aīa posset fieri de mil/
le.⁊ ita eēnt diuerse anime numero sine mā:⁊ eadē ratio est
de duobus angelis.¶ Itē.Qḋ est vltimate cōicabile(puta
genus generalissimū)est tñ vnū.ergo qḋ mediat(puta spe/
cies)pōt esse vnū ⁊ plura.¶ Itē.Hoc non īcludit ꝯdictio/
nē.Q2 si sic aut ꝑꝑ ꝑfectionē ipsius angeli qui ponit̄ solus
illius spēi.qḋ nō est.q2 scḋo nō dimiuneret aliqd de ei⁹ perfe
ctione.q2 nō haberet ordinē eēntialē ad ipsuz s3 accidētalē
⁊ concomitātie solū.Aut ꝑꝑ perfectionē vniuersi:qḋ nō est
q2 esset ꝑfectio finita.⁊ ita nō tolleret ordinē nec cuiuscūq3
alterius perfectionē.¶ Itē.Qḋ est signatū vltimata signa/
tione sibi repugnat vl̄itas.igitur q̄libet angelus de se est tn̄
hic.ergo ⁊c.Qḋ falsū est.Quia que sunt eiusdē gn̄is ꝑdica/
bilis ad paria debēt iudicari:sed homo ⁊ angelus sūt eque
de genere substātie species specialissime(vt habet̄ a Dam.
in logica sua ca.2.)igit̄ eodē modo d3 ibi esse vniuersalitas
⁊ multitudo indiuiduoꝝ.¶ Itē.Ubi est distinctio que re/
quirit maioꝛez potentialitatē potest esse distinctio que req/
rit minorē potentialitatē.Sed distinctio generis in differē
tias que reqrit maiorē potētialitatē que est respectu diuer/

farũ diſtarũ que ſunt penes diuerſos actus ſubales.eſt in angelis.ğ diſtinctio ſuppoſitiua pôt ibi ꝯcedi.que eſt reſpectu minoris potentialitatis:q̃a eſt reſpectu vnius actus ſubalis. Igiĩ côcedenda eſt multitudo idiuiduorũ in angelis.ꝛ ſilr vniuerſalitas quia genus eſt vniuerſale.

Opio

Tertius articulus.De quo genere ſit nũerus angelorũ que cuſtodit. Ubi dicũt aliq̃.ꝙ nõ eẽt de gñe quãtitatis.ſʒ eẽt de illo gñe de quo eẽt ãgelus. Probãt pmo ſic. ¶ Sic ſe hʒ multitudo ad genꝰ ſicut vnitas:ſʒ vnitas q̃ eſt in alijs pdicamẽtis a quãtitate.nõ eſt de gñe quantitatis ſed de illo gñe cuius eſt vnitas.ğ multitudo ſilr. ¶ Itẽ.Qð nõ eſt quãtũ nõ eſt de gñe quãtitatis.ſʒ nũerus q eſt in alijs gñibus a quãtitate nõ eſt quãtus.ergo. Minor pbaĩ. Quia ſi loq̃mur de nũero nũerato in alijs certũ eſt ꝙ non eſt niſi ipſe res nũerate aliorũ generũ.res aũt aliorũ generũ a quãtitate nõ ſũt quãte. Si loquamur de nũero nũerante ẽt manifeſtũ eſt ꝙ nũerus nũerans vt pcise diſtinctꝰ ꝯtra nũerũ numeratũ.nõ eſt niſi ens rõnis.ens aũt rõnis nõ eſt quãtũ. ¶ Alij Comigtori.ad h arguũt ſic. Numerus eſt illud quo aliq̃d menſuraĩ:ſʒ qðlibet genꝰ hʒ ꝓpriã menſurã.10.meta. ğ ꝛc. ¶ Itẽ. Nũerus quẽ ꝯſiderat ars matẽ.nõ accipitur reſpectu ꝯtinui.q2 tunc arithmetica nõ magis abſtraheret q̃ geometria.igiĩ eſt aliq̃s nũerus vere nũerus q nõ ſeq̃tur diuiſionẽ ꝯtinui.ꝛ tali nũero nõ repugnat eẽ alteriꝰ q̃ ſit quãtitas.igiĩ ꝛc. ¶ Cõtra illud arguũt alij ſic. Quãtitas pdicaĩ de oĩ numero in q̃d:ſʒ quãtitas diſcreta eſt ꝑ ſe de gñe quantitatis.igiĩ oĩs numerus eſt ꝑ ſe de gñe quãtitatis. Iſtud argumẽtũ apparet in linea pdicamẽtali.q2 oĩa inferiora ſunt ꝑ ſe in gñe ſui ſupioris pdicamẽti qð pdicatur de eis in q̃d. ¶ Itẽ. Predicamẽtũ diuidiĩ in corꝑale ꝛ ſpirituale pcise ſi ſit abſolutũ. Uerbi grã.ſuba alia corporea alia icorporea:q̃litas quedã eſt de 3ª ſpecie(vt albedo ꝛc.)quedã de pma vt habitus/ſciẽtia ꝛc.ergo cũ quãtitas diuidiĩ in continuũ.ꝛ diſcretum nõ accipiĩ ꝑ diſcreto.qð ſolũ ſeq̃tur diuiſionẽ cõtinui.ſʒ ꝑ diſcreto qð eſt ſpũale quãtitatis:ꝛ illa diſcreta quãtitas nõ repugnat ꝑ ſe ꝯuenire alijs pñtis a quãtitate. Ergo quãtitas diſcreta in quã diuidiĩ quãtitas ꝑ ſe cõuenit oĩbus alijs pdicamẽtis. ¶ Alius arguit ſic. Par ꝛ impar ſunt paſſiones numeri de gñe quãtitatis. Sed vbicũq; inueniĩ paſſio inuenitur ſubm.ergo cũ in quolibet genere eſt inuenire aliqua que ſunt paria vel iparia.igiĩ in quolibet gñe.eſt numerus q eſt de gñe quãtitat. ¶ Itẽ. Omnis relatio eſt ꝑ ſe de gñe relõnis ſuper qðcũq; fundeĩ.ergo nõ obſtãte ꝙ numerus vel q̃titas diſcreta fundeĩ ſup diuerſa pñta ſp erit h vno pdicamẽto. Sed illud non inueniĩ a Phõ non pñtum quãtitas.igiĩ ꝛc. Probatio ſilitudinis.pʒ maxime ſi numerus ſit relatio:ſi numerus ſit abſolutũ adhuc tenet. Si enim relo qð eſt pñtum.minimũ hñs de entitate habeat ꝓpria ꝛ intrinſeca eĩnta que pdicamẽtalr diſtinguaĩ in quocũq; ponaĩ fundamẽto.ğ ꝛ numerus ſic abſolutũ ꝛc. De ꝓprijs elemẽtis relõnis lib.1.diſ.28.q.2.arti.3. ¶ Dico ğ ꝙ oĩs nũerꝰ formalr acceptus eſt formalr de gñe quãtitatis.ſʒ ſolus numerus qui ſeq̃tur diuiſionẽ ꝯtinui ſit de gñe quãtitatis quo ad mãle ꝛ formale. Qð ſic imaginor. Phs.5.meta.capi.de quãto.pmo ponit ꝙ multitudo modo vñ accepta eſt quãta ſic dicens. Quantũ dĩ qð eſt in ea diuiſibile que inſunt ꝛc. cõtinuo addit. Multitudo ğ quantũ aliq̃d ſi materialis fuerit. Scðo ponit Phs multitudinẽ que ſeq̃tur diuiſionẽ cõtinui dicens. Diciĩ aũt eẽ multitudo qð diuiſibile pñte in nõ ꝯtinua:magnitudo autẽ ꝙ in cõtinua. Sed iſta diſtõ Phi ꝛ ꝓceſſus nõ valeret.niſi multitudo in alijs pñtis accepta q̃titate q ſeq̃tur diuiſionẽ cõtinui eẽt in pdicamẽto quãtitatis ſaltẽ quãtũ ad illud formale in multitudĩe ꝛ nũero.igiĩ ꝛc. ¶ Itẽ. Phs.10.meta.bene concedit ꝙ in quolibet gñe eſt dare vnũ pᵐ qð eſt metrũ in illo genere. Sʒ ſupra dixis expreſſe ꝙ metrũ eſt maxime ꝓpriũ quãtitatis. Diciĩ aũt ad alia venit.ꝛ addit.ꝙ neceſſaria eſt vnitas ꝛ numerus.ſicut Phs vult ꝙ in quolibet gñe eſt dare vnũ primũ qð ſit metrũ ꝛ nũerus illius gñis.ita tñ ꝙ illud metrũ oĩ cuʒ hoc ꝙ eſt illius gñis:tñ ſm ꝙ menſurat.ꝛ ſm ꝙ eſt nũerus eſt ꝓprie de genere quantitatis:ꝛ formalr. ¶ Itẽ. Qua rõne pôt côcedi ꝙ illud qð eſt materialr in genere quãtitatis ꝛ ſube formalr eſt in genere qualitatis.eadẽ rõne illud qð eſt materialr in genere qualitatis ꝛ in alijs gñibus formalr poteſt eẽ in genere quãtitatis. Sʒ pmũ eſt poĩe:ergo ꝛc. Maior ꝓbatur ꝑ Phm.5.meta.ca.de qualitate.vbi dicit ꝙ dĩia ſubſtãtialis eſt formalr in genere q̃litatis:ꝛ ſilr differẽtia ſpecifica mathe.ꝛ imobiliũ:ait eniʒ ſic. Alio ħo mõ vt imobilia mathema.ſunt nũeri quales:quales q̃dẽ queadmodũ cõpoſito. Et certũ eſt q2 nũeri ꝛ alia mathematica materialr ſunt in genere quãtitatis.igiĩ. Pʒ minor. Et vltra.ſʒ numerus.ſ. quantũ ad materiale pma quãtũ ad rẽ numeralẽ ſit in alijs generibꝰ a quãtitate.tñ quantũ ad illud qð eſt formale in oĩ numero eſt in genere quãtitatis. ¶ Ad idẽ eſt argumentũ ſupra de relõne. ¶ Per hoc pʒ ad pmũ argumentũ. Cuʒ h eniʒ ꝙ numerus materialr in quolibet genere eſt de illo genere.tñ quantũ ad illud qð eſt formale in eo eſt quãtitatis. ¶ Ad 2ᵐ dico ꝙ ſʒ numerus nõ eſt quantitas neq; vt res nũerata.neq; vt ens i aĩa: tñ vt eſt nũerabilitas rei ꝛ diſcretio.ſic eſt in re ꝛ ſic eſt quãtitas diſcreta. De hoc ſupra diſ.2.q.de creatiõe ar.3. ¶ Ad 3ᵐ ꝛ 4ᵐ. Pʒ ad pmum.

Argm pm

Argm 2m

Argm 3m

Argm 4m

Reprobatur.

Ad pmũ

Ad ſcdm

¶ Diſtinctio.XII. ¶ Queſtio.I.

¶ Hec de angelice nature cõditione dicta ſufficiant/nunc ſupeſt de aliarũ quoq; rerũ creatione/ac precipue de operũ ſex dierũ diſtinctione nõnulla in medium proferre ꝛc.

Utrum materia pma habeat aliquem gradũ actualitatis rõne cuius poſſet fieri ꝑ ſe exiſtens. Et videtur ꝙ non. ¶ Cõmẽ.in tractatu de ſuba orbis dicit ꝙ mã ſubſtantiatur per poſſe. ¶ Contra.materia eſt aliquid inter entia.ſed eẽ eſt actus primus.igitur ꝛc.

Hic tria. Pmo. An mã habeat aliquã eſſentiaʒ diſtinctã a forma. ¶ 2° ſuppoſito ꝙ ſic. An materia in eẽntia ſua includit aliquã actualitatẽ. ¶ 3° dato ꝙ nõ. An poſſit exiſtere ſine omni forma.

Opio pᵃ

Primus articulus. An mã habeat aliquã eẽntiã diſtinctaʒ a forma. Ubi dicitur cõiter ꝙ ſic. ¶ Q2 oẽ cõpoſitũ reale hʒ ptes reales realr diſtinctas. Sʒ conſtitutũ ex mã ꝛ forma eſt conſtitutũ reale ꝛ nõ oĩno res ſimplex.ğ conſtitutũ ex materia ꝛ forma hʒ partes reales ꝛ realiter diſtinctas. ¶ Itẽ. Pôt argui ꝑ primũ pñᵐ ſic. Poſt corruptionẽ mã eſt:ſed poſt corruptionẽ forma nõ eſt.igiĩ forma nõ eſt mã. Maior pʒ.1.phyſi.p de gñatione.8.meta. Minor pbaĩ.5.phyſi.vbi Phs vult ꝙ corruptio eſt ad nõ eſſe. ¶ Itẽ. Si materia eẽt eadẽ res cũ forma. Aut hoc eſſet verũ in oĩbus mãlibus corruptibilibꝰ:qð nõ pôt eſſe. Quia que ſunt idẽ realr ipoĩe eſt vnũ corrũpi.ꝛ reliquũ manere in eẽ.ſed in quibuſdã corruptibilibꝰ puta hoĩbus forma realiter.ſ.aĩa itellectiua ꝑ nãlem corruptionẽ ſeparaĩ a ꝓpria mã ꝛ manet ſine ea in eẽ.igiĩ in oĩbus non eſt verũ. Aut eſt verũ tñ in aliq̃bus.ꝙ mã eſt eadẽ res cũ forma:qð nõ pôt eſſe.q2 illa materia que eẽt eadẽ res cũ forma nõ eẽt vniuoce dicta mã.ergo nec eadẽ nũero. Et ita ſeq̃tur ꝙ mã oĩum generabiliũ ꝛ corruptibiliũ nõ eſſet mã eiuſdẽ rõnis in oĩbus.nec eẽt vna nũero qð eſt cõtra Phm.1.de gñatiõe ꝛ.8.meta. ¶ Itẽ. Que ſunt idẽ realr eadẽ gñatione gñanĩ ꝛ corruptione corrũpuntur.4.meta. Si igiĩ materia ꝛ forma ſũt

idem

Quartus articulus. Ubi dicunt quidā q in pmo argumēto qn̄ phs. 7. phy. tex. cō. 17. et. 18. gñaliter pbat q habitus et virtus sunt in predicamēto relōnis. q accipit ibi. Ad aliqd fm famositatem nois: nō autē q̄tū ad qdditatiuū conceptū suū. Immo dicunt q vt sic finalis intentio Aristotelis fuit q virtutes sunt formalr pmo et essentialr absolute. sed solum fm famositatez nominis relatiue. Probatur. Quia cum Aristoteles libro predicamentoz. in predicamento qualitatis dixit. q nō opz turbari et sic faciēdo ppositū de qualitate multa cōnumerauit de Ad aliqd vt de habitu et dispositione que sunt in Ad aliqd vt exponit eum Simplicius. sic q in talibus qualitatibus genera dicūtur Ad aliquid singularia lō alterius non dicitur. vt grāmatica nō dī alicuius grāmatica: nec musica: nisi forte fm genus. ¶ Ex quo arguit propositū sic. In pposito distinguendo singularia cōtra genus accipit singularia pro speciebus specialissimis. Iste enim est modus phie. qñ genus distinguit cōtra singularia vt pz pmo phy. cō. 4. vbi dicit phs. q opz procedere a cōib^s vsqz ad singularia: dicit q nō intendit p singularia indiuidua: sed vltimas species. Uult igit dicere q habitus et dispositiones fm illud qd sunt intrinsece sunt qualitates absolute. sed fm genus sunt relō. Illud aūt qd cōuenit alicui fm speciem cōuenit sibi qdditatiue: et qd cōuenit sibi fm genus ɔuenit sibi solū famose. Ergo vult Aristoteles q solū sunt relatiue famose. sed nō essentialiter absolute. ¶ Cōtra. Lz illud qd cōuenit alicui rōne generis cōueniat in cōi et sic famose. tamen ex hoc nō excludit qn qdditatiue et essentialr cōueniat ei. Genus enim est qd predicat de oib^s in qd. Naz cuz a Simplicio habeat q virtutes et habitus sunt Ad aliqd fm genera: bene potest haberi q sunt Ad aliqd fm generales suos cōceptus: nō tñ negat qn qdditatiue sint Ad aliqd. ¶ Itē. Illō qd dicit Simplicius dicit Aristoteles. 5. meta. tex. ɔ. 20. Dicit eniz q aliq̄ dicunt Ad aliqd: qr eorū gen^s ad aliqd dī vt medicina. cara medicine: aut ipsius generis. scilz scia dī Ad aliqd. Sz certū est q mensuratū est qdditatiue relatiuum et non famose tñ vt phs vult ibi: sed mensura est famose relatiuū. Hoc habito pbat euidenter: q etiā spēs sunt qdditatiue relatiue. Qr genus predicat de suis speciebus qdditatiue et vniuoce. sed si genus esset qdditatiue relatiuū et species qdditatiue absolutū nō predicaret genus de suis spēb^s vniuoce sed equiuoce. Igit tam fm rōnē generis q̄z speciei sunt qdditatiue relatiue. ¶ Itē. Si rñsio de famositate valeat. arg^m Aris. non valeret. Quia cuz dicit in maiore: virtutes sunt Ad aliquid. accipit ibi ad aliqd vniformiter sicut in minore. Sed cum accipit in minore (in Ad aliqd nō est motus) accipit Ad aliqd realiter: et nō fm famositatē. Igit ibi intendit q habit^s et dispositiones sunt in Ad aliquid realr et non famose tñ. Probatio minoris. Quia minorem suā accipit demonstrataz a phō. 5. phy. tex. cō. 10. et ibi loquit de Ad aliqd realiter. Intendit enim ibi probare q in genere relationis non est motus sicut in alijs tribus generibus. Sed certū est q non loquit ibi de genere qd est intentio logica: sed pro re substracta intentioni cum sit artifex realis. igit etc. ¶ Dimissa pma rōne Aristo. ad alia duo nitunt aliqd rñdere. Quando enim Aristo. in speciali pbat q ad sciam que est in aia nō est motus. Dicunt q nullus dz hic dubitare qn Aristo. accipit hic scientiaz pro pura relatione rōnis: vel pro formalr relatiuo fm rationem et nullo modo pro absoluto. Et hoc declarant. Quia dicunt q Aristoteles et Cōmentator fundauerunt se super errorē suū. 3. de aia. tex. cō. 5. q esset vnus intellectus in oibus et illi intellectui a pncipio innata fuisset scia oium speculabiliū et nō diceret nouiter acqrere sciam nisi p hoc q intellectus copulat nobiscū. ita sciētia dicit nouiter esse acquisita per nouā copulationē phantasmatū nostrorū ad ipsam: et ita mutatio esset in parte sensitiua et nulla in intellectu nisi fm quosdā respectus rōnis: inquātū nouiter terminaret noua phantasmata nostra. Sed mensura dī relatiue fm rōnem inquantū terminat relationē scientie ad ipsam. Et certum est q sic videt currere textus Aristo. 7. phy. tex. cō. 20. ponit enim q sciens dī ad aliqd. nec tñ est alteratio.

Rñsio ad arg^m pmi artic.
Reprobatur.
Arg^m pm
Arg^m 2^m
Arg^m 3^m
Rñsio ad 2^m et 3^m

Quia

Quia ea que est ſm partē (ſupple ſenſitiuā) experiētia vniuerſalem accipimus ſcientiā. ¶ Contra. Non eſt veriſimile q̄ Phūs ſupponeret aliquid in demonſtrationib⁹ ſuis niſi qḋ per eum p̄mo alibi fuit demonſtratū. ſicut in prima demonſtratione ſua p̄bat intentū ſuum hic per demonſtrationē (.5. phyſico. tex. cō. 10.) vel ſaltē per aliquid qḋ erat cōceſſum ab aliquo famoſo Phō p̄babiliter loquēte. Sȝ certum eſt q̄ de intellectu noſtro Ariſtote. nihil adhuc demōſtrauerat vſq; ad iſtū ſeptimū phyſicoȝ. q2 totus liber phyſicorū ordie ſue doctrine p̄cedit librū de anima. vbi de hoc tractatur. Igitur falſum eſt q̄ aſſumit̄. ſ. q̄ hic innitit̄ errori ſuo. Immo ſi alicui innitatur. hoc eſt Platoni qui fuit famoſus in iſta opinione q̄ ſcire nō fuit noua generatio ſcientie. ſȝ recordari q̄ nō eſt. q2 ip̄ſuȝ īpugnat alibi. igit̄. ¶ Si dicas q̄ innixus fuiſſet p̄prio errori ⁊ q̄ fuiſſet p̄pria opio. ¶ Contra. Cōmentator ibidē dicit cōtrarium cōmento. ſ. 20. in cuius fine dicit q̄ Ariſto. intēdebat in hoc loco q̄ anima nō eſt tranſmutata per accidens quaſi acq̄ſitione ſcientie. nō q̄ hec ſit opinio eius. ſed intēdebat demonſtrare viȝ illius opinionis vt cum homo ſciuerit iſta ſigna habebit p̄ īpoſſibili vt ſit alterius in ſua ſciētia. ¶ Et eſt notandū pro intellectu Cōmen. q̄ tres ſunt opiniones de tranſmutatiōe aīe in acq̄ſitione ſcientie. Una imaginat̄ q̄ aīa tranſmutat̄ in ſua ſubſtātia in receptione ſcientie ſicut materia in recipiēdo formā. Alia fuit q̄ tranſmutatur eſſentialr̄ ſupple q̄ reciperet ſcientiā tanq̄ terminū per ſe tranſmutationis ſicut albedo eſt per ſe terminus dealbatiōis. Tertia opio q̄ per tranſmutata in nobis per accidēs ſic videlicet q̄ facta tranſmutatione in alio ſicut in ſenſu ⁊ in corpore p̄ quietationē turbationū. per accidens generatur in eo ſine omni mutatione aut per ſui. ⁊ hec fuit famoſa opinio Platonis. His intellectis intendit Cōmen. 7. phyſico. tex. cō. 20. ſic dicere q̄ Ariſ. hic ponit q̄ in anima in receptione ſcientie nō fuit aliqua mutatio per accidens. Non q̄ hec fuit opinio ſua. ſȝ p̄ illud qḋ aſſumitur a Platone tanq̄ per quedā ſigna poterat fortius cōcludere q̄ non ſit tranſmutata in eſſentia ſua per accidens nec eſſentialr̄. Et ita habet̄ p̄poſitum q̄ hic Ariſ. innitebat̄ opioni famoſe Platōis. ¶ Et credo vez eē ⁊ ſi nō in toto p̄ceſſu. tn̄ in iſta rōne in p̄te. q2 in p̄bando iſtā ōneȝ de ſcientia. Primo ponit p̄priam demonſtrationē ⁊ rō eſt hec: in ad aliqḋ nō eſt mot⁹. 5. phy. te. c. 17. ⁊ 7. phy. t. cō. 20. ſciēs maxīe. Ad aliqḋ dicit̄. ergo ⁊c. ¶ 2° h̄ declarat p̄ vulgarem opinionē Platonis: ⁊ ideo per modū declarationis addit nomen declaratiuū dicens. Hoc autē manifeſtū eſt ⁊ infra. Ex ea eni que ſm partē experiētia vniuerſalem accipimus ſcientiā. ¶ Sed quicquid ipſi dicunt vnū eſt q̄ per hoc non eſt reſponſum ad rationem Ariſtotelis.

Ad rationes.

Alia opio transmutationis in acq̄ſitione scie.

Opi. aliorum

Quintus articulus. Ubi ſunt alij qui dicunt q̄ p̄ceſſus Ariſto. hic habet q̄ habitus ſit formalr̄ abſolutum ⁊ quodā modo relatiuū non formalr̄. ſed connotatiue ⁊ cōcomitāter. Qḋ ſic declarant. dicunt enim q̄ ſicut albedo pōt triplr̄ accipi. ſ. pro ipſa albedine que eſt res abſoluta: ⁊ in tertia ſpecie qualitatis: ⁊ pro fundamēto: ⁊ p̄ cōſtituto ex vtroq;: ſic habitus triplr̄ accipitur. ſ. pro quadam qualitate abſoluta: ⁊ pro actu fundāte reſpectū quēdā ſub q̄ habens iſtum habitū dicitur ſe habere bene vel male. 3° p̄ aggregato ex fūdamēto ⁊ iſto reſpectu. Primo modo dicūt q̄ eſt de tertia ſpecie qualitatis. Dicunt enim q̄ non ſolum poſſibilis qualitas ſm quā aliquis patitur paſſione que eſt in abiectio. eſt in tertia ſpecie qualitatis. ſed ēt illa qualitas que eſt ſalus ⁊ perfectio. Ad hoc eſt Phūs in predicamētis. Ubi in fine tertie ſpeciei ponit paſſiones in anima. Secundo modo vt ſcilicet fundat reſpectū cōgruentie vt. ſ. aliqḋ p̄ iſtum habitū ſe habet vt congruit: vtputa. cuȝ in humorib⁹ conſiſtat ſanitas. ⁊ in figura pulchritudo ſit. connotat ⁊ habet reſpectū in ſuo cointellectu. ⁊ ſic eſt relatiuū ſȝ dici. Ut enim actu fundat reſpectū relatiuū non eſt ſm eſſe. quia vt fundat reſpectū eſt abſolutū. ratio eniȝ fundādi eſt abſolutum. Sed quia eſt repugnātia itellectuū nō intelligit̄ actu fundans reſpectū niſi intelligat̄ reſpectus ⁊ fundatus: ideo eſt de ſuo cointellectu. ⁊ ſic relatiuū ſm dici. ¶ Hoc declarat̄. Ut. n. fundat reſpectū ſic dicit fundamētū in recto ⁊ reſpectū in obliquo: fundare enim reſpectū eſt eſſe fundamētum reſpectus. Sed qḋ dicit fundamentū in recto ⁊ reſpectum in obliquo eſt ſolū relatiuū ſm dici. Probo. Q2 qḋ dicit fundamētū in recto ⁊ reſpectū in obliquo. ex p̄ma ſignificatiōe dicit abſolutū. ⁊ ex ſcḋaria dicit reſpectū. Sȝ qḋ ex p̄ma ſignificatione ſua dicit abſolutū ⁊ ſcḋaria dicit reſpectuȝ eſt relatiuū ſm dici. vt patet de capitato ⁊ capite. ergo. ¶ Si accipiat̄ tertio modo (. ſ. vt aggregatū ex fundamento ⁊ reſpectu) ſic eſſentialr̄ ⁊ quidditatiue eſt relatiuū etiaȝ ſm eſſe. q2 aggregatū ex fundamento ⁊ reſpectu ex primaria ſignificatione ſua ⁊ in recto dicit relōnem. Uerbi grā. Pater ⁊ viſibile in obliquo dicūt fundamentū. ſimile eniȝ in recto ⁊ ex p̄ma ſignificatione eſt relatiuuȝ ⁊ dicit fundamentū omnino. ſimile enim dicit quo īportatur habitudo. ſ. fundamēti. ⁊ aliud quidez in recto aliud in obliquo. Ad p̄poſitū dicūt q̄ 2° mō eſt habit⁹ p̄ma ſpecies qualitatis nō p̄mo modo aut tertio. Sequitur igit̄ q̄ habitus eſt abſolutum ⁊ relatiuū ſm dici ſoluȝ. ¶ Per hanc diſtinctionē rn̄dent ad rōnes Ariſto. 5. phyſi. tex. cō. 10. Ad primā quando dicitur. In ad aliquid nō eſt motus. cōcedunt. Ad minoreȝ quando dicitur. Uirtus eſt Ad aliquid. Uerū eſt dicūt cōnotatiue nō formalr̄. nec quidditatiue. ¶ Ad 2m quādo p̄bant q̄ ad virtutes anime non eſt motus quia ſciens maxime dicit̄ ad aliquid. Uerū eſt dicunt cōnotatiue nō formaliter. ¶ Contra iſtā poſitionē arguo p̄mo oſtēdo q̄ nō ſoluit rōnes Ariſto. Scḋo q̄ cōtradicit ſibiipſi. Tertio q̄ deſtruit primā ſpeciē qualitatis. Quarto contra ↄcluſionem. ¶ Primū probo ſic. Hanc maiorē (in ad aliqḋ nō eſt motus) accipit Phūs demonſtratuȝ ex 5° phyſi. tex. c. 10. 7. phy. cō. 17. vt exponit Cōmentator in fine. 17. cōmē. a p̄pria relatione vel pro formalr̄ ⁊ quidditatiue relatiuo. Igit̄ in minore (cum dicit̄ virtus eſt ad aliqḋ) accipitur formaliter ⁊ quidditatiue nō cōnotatiue tn̄ ſicut ipſi dicunt. Probatio minoris. Ariſto. 5. phyſico. tex. cō. 10. vſq; ad tex. cō. 18. vult collocare motū in certo genere. ⁊ tenet q̄ nō pōt eſſe in genere relōnis. Sed collocare aliqḋ in aliquo genere vel remouere ab aliquo genere eſt loqui de eo ⁊ de genere formaliter ſm formalē ⁊ quidditatiuā rōnem ſuam. Igit̄ Ariſto. loquitur ibi de relōne quantū ad illud qḋ eſt quidditatiue ⁊ formaliter vel ſaltē de relatiuo eodē modo. ¶ Item. Si minor intelligatur q̄ virtus eſt ad aliquid connotatiue tn̄ tunc maiorē accipit eodē ſenſu in Ad aliquid. i. in illo quod cōnotat reſpectū non poteſt eſſe motus. Sed ſi accipiendo propoſitio Phi. in. 5. tex. cō. 10. eſſet falſa: quia omnis terminus motus neceſſario connotat reſpectum. ergo. ¶ Itē. Qḋ eſt maxime tale eſt formaliter ⁊ q̄dditatiue tale. Sed Ariſ. 7. phyſico. tex. cō. 20. dicit q̄ ſciens maxime dicitur Ad aliquid. Igitur iſta ratio magis fortificatur infra. ¶ 2° probo q̄ ↄdicit ſibiipſi. Q2 ſcia ſȝ eū vt fundās reſpectū ↄgruētie eſt in p̄ª ſpecie qualitatis. ſed fundās īquātū fūdās ē fūdās per formalē rōnem fundādi. Sed per eos formalis rō fundando eſt mere abſoluta. Igitur fundans ſm eum inquantum fundans eſt mere abſolutum ⁊ cōnotans reſpectuȝ. cuius cōtrariuȝ ipſi dicunt. ¶ Iſtud declaratur. Q2 vbi imaginamur tria ſunt imaginanda quatuor. Primo. ſ. q̄ eſt quid abſolutum. Scḋo ſciētia que eſt actu fundās reſpectū que eſt abſoluta inquantum hm̄ ⁊ non addit niſi reſpectum fundandi. Tertio eſt reſpectus iplicatiuus cum enim di fundās

Ad primas rationes.

Ad ſcḋm

Reprobatur.

Arg^m 1^m

Arg^m 2^m

Arg^m 3^m

Arg^m 4^m

īplicatur respectus ad aliqđ fundamētū.Quarto est ibi cō-
stitutum ex fundamēto ⁊ respectu.Tunc arguo.Scientia
vt fundans est prior respectu cōplicato ⁊ nō relatiuū cōpli
catū.qꝛ aliter nō esset prior.Igr̄ in illo priori habet̄ pᵃ spēs
qualitatis que est mere absoluta ⁊ nō respectiua nec per cō
notationē nec essentialr̄.¶ Confirmat̄ ſm eos ⁊ ſm veri-
tatē:fundans inquantū fundat dicit absolutū in recto ⁊ re-
spectū in obliquo.Sed qđ īportatur in recto est prius eo qđ
īportatur in obliquo.sicut p̄mus modus dicēdi p se est prior
2ᵒ modo dicendi per se.Cū igitur spēs generū accipiantur
penes p̄mū modū dicendi per se.sequit̄ ꝙ p̄ma species q̄-
litatis accipit̄ penes fundare vt est absolutū nō vt cōnotat

Argᵐ 5ᵐ respectū.¶ Tertio pbo ꝙ destruit primā spēm qualitatis.
Quia species cuiuslibet generis dꝫ esse ens per se.Sꝫ fun-
damentū vt cōnotat respectiuū est ens per accidēs:vt ipsi
cōcedunt dicētes ꝙ vt est p̄ma species qualitatis.respectꝰ
cōuenit sibi in 2ᵒ modo dicendi per se.ergo.Probatio ma-
ioris.Quia bene cōceditur a doctoribus ꝙ ex rebus diuer-
sorum generū potest aliqđ esse constitutū per accidēs:sicut
albū/quantū/⁊ hō.quādo collocatur per se in genere:rōne
alterius partis(qđ est ens)per se collocat̄ in vno genere ⁊
in vna specie:⁊ rōne alterꝰ partis in altero genere:⁊ in alia
specie:⁊ ita habet̄ ppositū ꝙ species cuiuslibet generis est
ens per se.⁊ hoc est manifestū:alr̄ enim genus nō pdicaret̄

Rñᵒ aure. ad istū argumentū, de specie in quid:dicēdo hoc est hoc.¶ Huic respōdēt alij
Aureolus declarādo se ⁊ dicunt ꝙ duplex est illud accidēs
quodā est simplex ⁊ quodā copulatū sicut simitas.¶ Di-
cunt etiā ꝙ accidens pōt tripl̄r ꝯsiderari.Uno modo pci-
se.Alio modo vt copulatū alteri.Tertio modo vt est pars
cōstituti ex tali accidente ⁊ subiecto.Et tunc dicunt ꝙ albe
do vt pcise accepta est de tertia specie qualitatis.Ut aūt co-
pulata subiecto cui ipsa cōgruit sic habet rōnem habitus ⁊
bone dispositionis:puta.vt si ponatur in ebore vel marga
rita:⁊ sic dicūt de simitate ꝙ vt ipsa copulat̄ naso sic est ha-
bitus ⁊ sic nihil est.nisi quidditas simitatis.Sed tertio mō
dicit ens per accidēs.s.ipsum simū.¶ Per illud dicunt ad
argumentū.Qꝛ illud qđ includit res diuersorū generū tāq̄
ꝯstitutū ex his est ens p accñs.¶ Qđ aūt icludit res diuer-
sorū generū sic ꝙ est copulatū solū rei alterius generis non
est ens per accidēs potuit ponere exēplum de inherētia ac-
cidētis quia inherentia dicit copulationē cū altero:⁊ tamē
inherētia est ipsa essentia.¶ Contra.Primo ostēdo ꝙ fru-

Ꝫ Aureo. Argᵐ pᵐ stra faciunt tantā difficultatē circa ens per accidens.Non
enim sequitur albū est ens per accidēs.ergo albedo est ens p
accñs.Sic in pposito.Nō sequit̄.aggregatū ex habitu ⁊ re-
spectu cōnotato est ens per accidēs.Ergo habitus est ens p

Argᵐ 2ᵐ accidens.¶ 2ᵒ ostendo ꝙ ex his per que vitant ens p acci
dens incidūt in illud qđ a pncipio volunt vitare.s.ꝙ respe-
ctus cōgruentie nō esset de essentia virtutis.sed solū quid
cōnotatum.Quia aut intelligūt ꝙ inherentia accidētis seu
copulatio cum subiecto sit passio accidētis:⁊ tamen passio
cum subiecto facit cōstitutum per accidens.tunc nō vitarēt
ens per accidēs.Aut est ipsa eēntia accidētis.⁊ tunc cum eē
virtutis cōsistit in qualitate vt copulata:tunc esse copulatū
est de essentia virtutis ⁊ illud esse copulatū vocant ipsi re-
spectum cōnotatum qua p̄ma species qualitatis abūdat su-
pra tertia qđ vt dicunt a Simplicio habet̄ super pdicamē
ta saluando ꝙ virtus est in diuersis generibꝰ.ergo respectꝰ

Argᵐ 3ᵐ cōnotatus est de eēntia virtutis.¶ 3ᵒ probo ꝙ habitus nō
est in pᵃ specie q̄litatis vt fundās respectū.sed vt informās
subiectū suo mō.s.bn̄ vel male.Nā illa rō q̄ prius ꝯuenit gn̄i
ꝯuenit cuilibet speciei suo pprio modo.Uerbi gratia.sicut
ratio generis relōis est Ad aliqđ se habere suo modo.Sꝫ
generalis ratio qualitatis est ꝙ ſm eā quales dicimur.Igi-
tur specialis ratio cuilibet speciei qualitatis est ꝙ ſm eam
quales sic dicimur.Sed qualitas in genere ſm quā quales
dicimur se habet ad nos iformatiue.Igit̄ prima species q̄-
litatis sicut oēs alie accipiantur vt informant subiectū nō

Argᵐ 4ᵐ vt fundant aliquem respectū.¶ Itē.Hoc patet specialr̄ de
p̄ma specie qualitatis.Aristo.enī in pdicamēto qualitatis
distinguens ea que sunt in p̄ma specie qualitatis adinuicē
dicit ꝙ in hoc differt habitus a dispositione.qꝛ habitꝰ per-
manētior est ⁊ diuturnior.Et infra.affectiones ⁊ dispōnes
vere dicuntur que sunt faciles.⁊ cito pmutabiles.Et ponit
exemplū.afficitur enim homo circa eas quodā modo.cito
autem permutatur quādoq̄ vt ex egritudine in sanitatem.
Manifestū est aūt ꝙ hic distinguit habitus ⁊ dispōnes ſꝫ
permanentiā ⁊ mobilitatem quā habent.qđ nō faceret nisi
ratio illius speciei acciperet̄ in ordine ad subiectū.sicut rō

Argᵐ 5ᵐ generis.¶ Itē.Phs.5.meta.tex.cō.20.ca.de Ad aliqđ ver-
sus finem dicit ꝙ quedā dicuntur relatiua quia sua genera
sunt relatiua sicut medicina est eorū que ad aliquid sunt qꝛ
ipsius genus qđ est scientia videt̄ esse eorū que Ad aliquid.
Et quia Cōmentator in eodem tex.habet p mirabili.quō
genus pōt esse in Ad aliqđ ⁊ nō species.Ideo dicit ꝙ in h
est causa quia scientia non est genus medicine in rei verita-
te.Et addit.Scientia non est genus medicine in rei verita-
te nisi diceretur ad scientē ⁊ medicina ad medicū.Ecce ex-
presse ꝙ Arist.supponit ibi medicinā esse de gn̄e q̄litatis ⁊
nō de gn̄e Ad aliqđ.Et nō pōt saluare ꝙ scia sit genꝰ in rei
veritate nisi sciētia dicatur ad scientē ⁊ medicina ad medi-
cum qđ non esset nisi tā genus q̄ prima species qualitatis
sumerētur in ordine ad subiectū.Igit̄ habitus est de prima

Argᵐ 6ᵐ specie q̄litatis vt informat subiectū.¶ Itē.Tm̄ vel plus
videt̄ 2ᵃ species qualitatis fundare vel cōnotare respectū
sicut prima.poᵃ enim naturalis vel materialis.ita vi dicere
respectū ad operationem sicut habitus.Sꝫ hoc nō obstāte
2ᵃ species sumit̄ in ordie ad subiectū.Uult enī Aris.in p-
dicamēto qualitatis.ꝙ si aliqui sint dispositi aliquo modo
ꝙ ppter hoc non sint in 2ᵃ specie qualitatis.sed sint dispo-
siti ſꝫ potentiā naturalē vel materialē ad faciliter aliquid
agendū vel patiendū:vt pugillatores ⁊ cursores dicunt̄ nō
ꝙ sint dispositi.sed ꝙ habeāt naturalē potentiā:vt aliquis
sit cursor vel pugillator vel hō.Consistit igit̄ 2ᵃ species q̄-
litatis in habere formā qualificantē.Sed habere formam
est informari per eā.Igit̄ 2ᵃ species qualitatis consistit in
qualitate vt iformat.¶ Confirmatur.Posset enī aliquis
dicere ꝙ auctoritas ista dicit ꝙ 2ᵃ species qualitatis consi-
stit in potētia naturali ſm quā pōt faciliter agere vel pati:
⁊ ita vt cōnotat respectū.Rñdeo ꝙ Boetius illud dubiū
volens excludere super predicamentū qualitatis longo sup
hoc habito tractatu.finalr̄ cōcludit dando finalē solutionē
⁊ dicit.pugillatores nō dici ab eo ꝙ pugillatorie artis vsū
exerceāt.sed ab eo ꝙ ea ſm potentiā naturalē affecti sunt.
Ex quo arguo ppositum.Illud nō pertinet ad formalē ra-
tionē prime nec scđe speciei qualitatis qđ ab eo excludit̄:
sed pcise illud qđ affirmatiue sibi attribuit̄.Sed ſm Boe-
tiū potētia naturalis excluditur a secūda specie vt dicit re-
spectum ad vsū actus pugillatorū que iportat respectū.sed
collocat̄ in 2ᵃ specie ꝙ pugillatores ea naturalr̄ affecti sunt
idest dispositi ⁊ informati.Igit̄ potētia est de 2ᵃ specie qua-

Informare sibi vel dicē respectū rōnis nō ē de qdditate in gene vel spēi. litatis vt informat subiectū.¶ Hic tamen intellige ꝙ hoc
qđ dico informare subiectū nō est formalis ratio vel quid-
ditatiua generis qualitatis aut specierū eius(vt informare
iportat respectū rationis ad informabile)Quia cū informa
re dicit respectum rationis ⁊ ex natura rei(de hoc libro.1.
di.22.q.2.ar.3.)supra qualitatē(⁊ sic dicit accidēs q̄tūcūq̄
diminutum)sequeretur ꝙ genus qualitatis esset ens per ac
cidens.Informare igitur vt est idem ꝙ ipsum esse acciden-
tis in subiecto aut ipsa accidentis dependentia ad subiectū

est formalis

Dic° t tē° vt fūdāt re spectū nō sūt i p° spē q̄litatis ar ti. sequē.

est formalis ratio quidditatiua generū accidētis. Nec facit ens per accidens cū eis. Qr dependētia accidētis ad subiectum est de accidētis essentia lib. 1. dis. 29. etiam esse t essentia sunt idem lib. 3. dis. 5. ¶ Teneo igit̄ q̄ habitus t virtus non sunt de p̄ma specie qualitatis per fundare aliquē respectum. Et hoc nec ſm opionem meam vt visuz est nec etiaz ſm cōmunem opionem. Qđ sic declaro. Cōmunis opinio dicit q̄ respectus rationis non fundatur in rebus ex natura rei. sed magis in intellectu. vt pz de dextro in colūna qđ nō dicitur relatiue (sic dixerunt in animali per dextruz fundatum in natura rei) sed quia intellectus concipit colūnam in respectu ad dextrū in animali: illō pz in mensura de respectu ad mensuratū. 5. meta. tex. cō. 20. Sed si aliquis respect° hic iporteatur inter qualitatē informantez subiectū t ipsum subiectū erit precise relatio rationis. Igitur nō oportet ponere talez respectū fundari in qualitate. t sic cōstituere primam spēm qualitatis. Probatio minoris. Quia cū inter aliqua duo est talis habitudo que nihil aliud est nisi quedam cōuenientia eorū adinuicez qua vnum fuit in alio informatiue t ponit cum eo aliquid tertiū: nūq̄ȝ est relatio realis. sz p̄cise rationis. Sed quādo est talis habitudo q̄ vnuz respicit aliud sicut ad qđ opponit̄ t nō ad terminū cū quo cōponit: tunc est relatio realis in p̄dicamēto relonis. Verbi grā. libro p̄dicamentorū. Domini ad seruū est relatio realis. qr respicit eum tāq̄ȝ terminū oppositum. Sed partis ad totum non est relatio realis. sed ſm dici tm̄. quia pars respicit totum cum quo cōponit. ¶ Itez. Habetur. 5. meta. tex. cō. 20. q̄ scientia non dicitur ad sciētē. sed ad scibile. Sed planuz est q̄ habitudo que est īter qualitatē t subiectuz nō est nisi quedā cōuenientia qua hoc sit in isto t cōponit cū eo. g̊ tc.

Sextus articulus. An virtus sit relatiuuz formalr̄. Aut absolutū. Aut per cōnotationē. Ubi est ꝯsiderandum q̄ ex hoc habēt doctores difficultatē in ista q̄ōne. Qr quidā volunt īponere Aristo. q̄ posuit habitū ita absolutum formalr̄ q̄ non relatiuuz formaliter t quidditatiue. Quidā econuerso. Quidaz q̄ non sic nec sic. sed q̄ est relatiuum per cōnotationem. Et cōmuniter omnes volunt negare q̄ Aristo. 7. physico. tex. cō. 17. t. 18. in illa demōstratione sua accipit habitū pro pura relone. Volo autem dicere cōtrarium in omnibus. ¶ Quod sic debet imaginari in simili. Forma eniz substantialis simpliciter t ex natura rei tripl̄r pōt cōsiderari. Uno modo p̄cise vt est q̄daz p̄fectio absoluta ipsius materie. Scđo modo. prout est fundamentum relationis. Tertio modo pōt accipi pensando relonez ipsaz que sibi accidit t fundatur in ea. Quarto modo: p cōstituto ex suo absoluto t illo respectu. Dico igit̄ q̄ si Aristo. 5. physi. tex. cō. 10. t. 7. physico. te. cō. 15. 16. 17. vellet p̄bare hic ratione excludente oēm risionem cauillatoriam q̄ ad substantiā non est motus. haberet hoc p̄bare non solum vt est quedā perfectio absoluta materie. nec quantū ad respectum accidentē sibi t ꝯsequentem ipsam. nec inquantū est constitutū ex absoluto t respectu sibi accidēte: sz de oībus modis debet hoc p̄bare. ¶ Eodē modo dico in proposito. Qr habitus potest accipi quadrupl̄r. Uno modo pro q̄daz dispositione absoluta perficiente suum subiectuz. Alio modo vt est fundamentū cōnotans rōnem: nec solum vt fundamentū. sed etiā vt cōnotans relonez. Tertio modo p respectu quodā accidente sibi quem talis dispositio importat ad oppositū terminū. Verbi grā. Sicut aliquis dicit̄ pulcher per respectum ad pulcherrimuz hominem. vel aliqs dicitur habere scientiā per respectū ad operationē cōsiderandi. Quarto modo potest accipi habitus pro cōstituto ex vtroq̄ȝ. ¶ Dico igit̄ q̄ Aristo. 7. physi. tex. cō. 17. t. 18. volens p̄bare q̄ ad habitū vel ad primā spēm qualitatis non est motus. t hoc excludendo oēm viam rationis cauillatorie.

For° sbal simpl̄r pt ꝯsiderari tripl̄r.

Dicimus sic dici 4r.

Hoc° nō p̄ ecc̄ l hēm t cuiūe vt dicit rela tionē.

Primo p̄bauit q̄ ad habitū nō potest esse motus. si aliquis ridens vellet accipere habituz pro pura relatiōe que est accidens fundatuz in virtute que est qualitas. Hoc fecit in p̄ma demonstratione. 7. physi. tex. cō. 17. quando p̄bauit q̄ ad habituz non potest esse motus: quia in Ad aliquid nō potest esse motus. Probo q̄ sic accipit. Quia (vt supra dictum est) istā maiorem accepit a. 5. physico. tex. cō. 10. vt ibidem dicit Cōmentator t planū est q̄ in hoc accipit Ad aliquid pro genere relonis. Vult enim ibi p̄bare q̄ in genere relonis non est motus. Sed genus relonis dicit purā relonem. Cuz igit̄ minor debeat accipi vniformiter sub maiore: clare patet. q̄ cū dicit q̄ habitus est Ad aliquid (7° phy. te. cō. 17.) ibi accipit Ad aliquid pro pura relone: t ita habetur p̄positum. ¶ Et confirmatur. Quia Aristo. 7. physi. tex. cō. 17. probat ibi q̄ ad relonem non potest esse motus. Quia pōt aduenire alicui sine mutatione facta in eo p solā mutationem factā in altero. Sed hoc dictum nō est veruz de relatione vt includit fundamētū acq̄situ per mutationē factā in eo cui aduenit. Si g̊ hoc dcm̄ hēat veritatē est vez de pura relatione t ita in 5° physi. tex. cō. 10. accipit̄ Ad aliquid pro pura relone. ¶ Nota q̄ hoc non soluz est verum de relatione rationis vel ſm dici. sed de reali. Probo. Quia exemplū Aristo. ita currit de vna sicut de alia. Sicut enim dextrū fit in colūna per solaz mutationē animalis: ita aliqs factus est similis realr̄ per nouam albedinem genitā Rome: t similitudo est relatio realis. Scđo modo (scilicet pro puro absoluto) accipit habitū in 2ª demonstratiōe. 7. phy. tex. cō. 18. cum dicit habitus est perfectio. t ibi dicit q̄ virtus est p̄fectio. quia tunc vnūq̄đq̄ȝ est perfectū quando pōt in actionē sue speciei. illud autē quo aliquid agit actionem suam est perfectio absoluta. 5. physi. Tertio modo intelligitur pro respectu. Si enim ad ipsaz perfectionē nō est mot°. Igitur nec ad respectū ꝯsequentem. 5. physi. Quarto modo accipit habitū pro cōstituto ex vtroq̄ȝ in declaratione p̄me demōstrationis sue. Cum enim vt supradictū est ex forª demonstrationis que innititur. 5. physi. p̄cise voluit p̄bare q̄ ad habitū nō est motus (vt est pura relatio vt p̄batum est) ne aliqs videret q̄ per hoc vellet tollere q̄ ad habitū vt est cōstitutus ex respectu t fundamento qđ est relatiuuz formale non esset motus. statim subdit exēpla que extēdūt se ad formaliter relatiuū: t ponit exemplū de pulchritudie t macie. quas dicit esse quasdā dispositiones bonas respectu optimi sui generis. ¶ Tūc arguo. Ad dispositiōes que dicūtur in respectu nō est motus. Immo de his dicit Phs 5. physicorū q̄ ad habitus t dispositiones nō est motus. sed ꝯsequuntur terminos motus. Dispositio autē cum respectu est formal̄r relatiuū. Extendit igitur se ad formal̄r relatiua q̄. s. ad illa non est motus maxime que fundamentaliter sunt de prima specie qualitatis de quibus principal̄r agit. ¶ Idē facit in alia demōstratione qn̄ p̄bat q̄ ad scientiaz non est motus. qr sciens dicitur maxime ad aliqd: sciēs aūt est formaliter relatiuū ad scibile. ¶ Ex p̄missis patēt quedam valde necessaria. s. q̄ si habitus accipiat̄ pro suo p se: t q̄dditatiuo significato. sic est absolute principal̄r. t de prima specie qualitatis. Si accipiat̄ p'out fundat relonez. sic est relatiuū cōnotatiue. Si pro puro respectu consequente qđ est accidens eius. t inherēs sibi sicut fundamēto. sic est formaliter t essential̄r relatio vt dictū est. Si accipiat̄ pro aggregato sic formal̄r significat relationez. t quidditatiue: sicut hoc nomen pater. vt dictum est. Si igit̄ debet cōcedi q̄ habitus est relatiuum cōnotatiue hoc est verū extensiue q̄r. s. relatio fundata in habitu est accidēs eius t non de eēntia eius. ¶ 2° sequit̄ qualiter debet concedi q̄ habitus est ens per accidēs. Si enim accipiat̄ quantuz ad suum per se t q̄dditatiuū significatū. sic est qualitas. t ens per se. Si vt

Dic° t tē° q̄ō dicit relatiua t absoluta.

Dic° q̄o dz ens per accidens.

cogit suaȝ ppriam passionem. sic est ens per accidẽs. sicut ignis ſm per se significatũ est substãtia: vt calidus vel sicc° est ens per accidens. ¶ Ex hoc corollarie seqtur tertiuȝ ꝙ absolute loquẽdo hec nõ est concedẽda. Habitus est ens ꝑ accidens. Uerbi grã. Non seqtur albuȝ est ens per accñs. Igiť albedo. ¶ Per ista dicta pȝ ad tres dictos articulos.

Ad pⁱmũ articulũ.

Ad pⁱmũ articulũ cõcedo ꝙ Aristo. 7. phyſi. tex. cõ. 17. in pⁱma demonstratione sua ꝓbando ꝙ ad habitũ non potest esse motus: qꝛ Ad aliquid accipit in demonstratione sua in minore habitũ pro pura relõne. ¶ Sed hic valde itelligẽdum est. ꝙ hoc nõ accipit volẽs tenere illud pro vero. sic ꝙ solũ. ꝛ precise habitus sit pura relatio. sed ad excludendam cautillosam rñsionem. si aliquis vellet cõcedere ꝙ sic accipiendo habitũ: ꝙ ad ipm posset esse motus: ꝛ ita dictũ fuit contra hominez non cõtra rem.

Ad 2ᵐ ꝛ 3ᵐ arti.

¶ Per illud pȝ ad 2ᵐ ꝛ 3ᵐ artic. Qꝛ in 2°. 7. phyſi. tex. cõ. 18. voluit ꝓbare ꝙ ad habitũ non est motus. Lȝ enim vt dictũ habitus est formalr absolutuȝ: cõsistit tñ in diuisibili sicut omnis ꝑfectio ꝛc̃. vt in. 2. arti. ¶ In tertia. 7. phyſi. tex. cõ. 20. vult ꝙ ad habitũ non põt esse motus vt est formalr relatiuũ. Lȝ enim que ꝑtinẽt ad primã spẽm qualitatis vt includunt respectuȝ ad aliud sint formalr relatiua: tñ nõ sunt per se termini motus. sȝ cõsequuntur ad per se terminũ ꝛc̃. vt in 3° arti.

Dubᵐ pⁱᵐ

¶ Hic sunt dubia. Primũ. Quare Aristo. 5. phyſi. tex. cõ. 10. ꝛ. 7. phyſi. tex. cõ. 15. 16. 17. cum ꝓbauit ꝙ ad substantiã nõ est motus nec in quarta specie qualitatis cum eedẽ cautillationes possent fieri circa substantiã sicut circa habitũ. quare nõ triplicauit sicut hic.

Rñsio.

¶ Rñdeo/dico ꝙ in omni arte vltim° sermo dȝ esse oium cõplementũ. Et ideo qꝛ Aristo. in isto ca. 7. phy. tex. cõ. 15. 16. 17. ponit finẽ sue ꝯsiderationis qualr ad hꝯ que ꝯsequuntur per se terminos motus sicut sunt forme substãtiales ꝛ alia de quarta specie qualitatis nõ est motus per se triplicando ꝓcessum suum circa habitũ hoc fecit. vice oiuȝ consimiliuȝ quecũqȝ sint.

Dubᵐ 2ᵐ

¶ 2° dubitať de eo qd̃ supponiť ꝙ habitus vt informat subiectũ sit formaliter absolutum.

Rñsio pᵃ

¶ Rñdeo. Ad hoc patet satis per ꝑdicta. ꝛ hoc ſm cõmunem opinionẽ. Quia inter que est habitus cõuenientie solũ per modũ cõpositionis ꝛ per modũ forme ꝛ informati. ibi nulla est relatio nisi in intellectu solũ. qꝛ vbi extrema opponuntur vt sic nõ est aliqua oppositio extremorũ nisi ſm ꝙ intellectus cõcepit aliquã oppositionẽ. perfecti ad perfectibile. Sed sine oppositione non consistit relatio. qꝛ relõ est quarta spẽs oppositionis (vt aũt) ꝛ iter que est solũ relatio in itellectu in natura rei remanet omne absolutũ ꝛ ita habetur ꝓpositum.

Rñsio 2ᵃ

¶ Aliter ſm meaȝ opionem rñdetur supra artic. 5° in fine anteqȝ arguiť contra dictum tertiũ.

Dubᵐ 3ᵐ

¶ 3° dubitatur qꝛ negať Aristo. 7. phyſi. tex. cõ. 17. ex intẽtione posuisse ꝙ virt° ẽ pura relatio ꝛ nihil aliud qꝛ ipse posuit exẽpluȝ de sanitate. Sed sanitas est pura relatio ꝛ nihil aliud. ergo ꝛc̃. Probatio minoris. Quia nulla qualitas generatur per calorẽ nisi calor. Sed sanitas põt gñari per solã calefactionẽ. Igiť sanitas aut est calor aut nulla qualitas. Sȝ certum est ꝙ nõ est calor. qꝛ non est de primis qualitatis. Nec quantitas nec de aliquo alio ꝑdicamẽto de sex respectiuis. Igiť est pura relatio.

Ad tacitã rñsionẽ.

¶ Dices ad minorẽ ꝙ veꝝ est ꝙ nulla qualitas de tertia specie generať per calefactionẽ nisi calor: qualitates tñ pⁱme speciei (cuiusmodi sunt sanitas ꝛ aliȷ habitus ꝛ dispositiones) per accidens possunt gñari ꝑ calefactionẽ.

Argᵐ 2ᵐ

¶ Cõtra. Ex extremis non resultat nisi media q̃litas. vt vnus de quinqȝ caloribus que cadunt iter extrema per Aristo. in libro de sensu ꝛ sensato. Sed certũ est ꝙ sanitas non est qualitas media constituta ex extraneis qualitatibus. qꝛ tunc nõ esset in pⁱma specie qualitatis. sed in tertia. sicut colores mediȷ sunt in tertia specie qualitatis: sicut sua extrema. ergo.

Argᵐ 3ᵐ

¶ 3. ẽ. Omnis qualitas absoluta virtute diuina posset esse sine alia etiã si sit posterior. sicut pȝ de quãtitate respectu substãtie ꝛ de qualitatib° absolutis respectu quãtitatis. Cũ eni q̃litas intrinsece dicat aliquẽ gradũ actualitatis nõ repugnat sibi manuteneri a deo in eum sine quãtitate. Sed sanitas nõ põt teneri in esse a quocũqȝ non existente corpore ꝛ nõ existẽtibus qualitatib° pⁱmis. Igiť non est aliquid absolutũ.

Rñsio. ad dubiũ.

¶ Ad ista respondeo. Ad pⁱmum: sicut dictuȝ est. ¶ Ad 2ᵐ quãdo dicitur ꝙ ex qualitatibus extremis ꝛc̃. Dico ꝙ hec ꝓpositio põt dupľr intelligi. Uno modo ꝙ talis resultatio sit per viã cõpositionis. ſm ꝙ mediuȝ cõponitur ex extremis: ꝛ sic ꝓpositio est vera. Alio modo ꝑ modũ cõsecutionis sicut Aristo. dicit hic in. 7. tex. cõ. 17. ꝙ ad habitũ non est motus. qꝛ ꝯsequitur aliquid aliud qd̃ acquiritur per motuȝ. Si cõcedo in ꝓposito ꝙ calefactio causat sanitatẽ. qꝛ facit transmutatiões circa aliquas qualitates in corpore reducentes ad proportionẽ vel ad medietatem. ꝛ tunc resultat sanitas. ¶ Ad 3ᵐ dico ꝙ hoc ꝓbaret. ꝙ figura que est quarta species qualitatis põt esse separata per se sine corpore. Et ideo dico ꝙ ꝓpositio assumpta est falsa de hꝯ qualitatibus ꝛ accidẽtib° quorũ actualitas characterisata est in alio. qꝛ precisa ista characterisatione aufertur eoꝝ essentia: ꝛ cõstãtia vt est relatio/motus/habitus/ꝛ hꝯ. De ħ plenius libro. 4. dis. 49. Et libro pⁱmo questione de dimensionibus interminatis. dis. 42.

¶ Questio. II.

Secundo quero de subiecto virtutis: ꝑ de virtute intellectuali in quo sit sicut in subiecto. ꝛ est questio. Utrũ habitus intellectualis sit in itellectu subiectiue. ¶ Primo vidẽduȝ est quid sit habitus itellectualis. s. vtrum habitus intellectualis acquisitus etiam theologicus sit ipsa species repzesentans obiectum. ¶ 2° videndum in quo sit subiectiue.

Primus articulus. Quid sit habit° itellectualis. Ubi dicuntur duo. Primo in generali de habitu intellectuali. Scd̃o de speciali de theologia.

Opio pᵃ.

¶ Ad primũ dicit quidã Prosper. ꝙ spẽs dupľr potest accipi. Uno modo quantũ ad esse primũ qd̃ pⁱmo habet in potẽtia ꝛ sic nõ est habitus. Alio modo ſm ꝙ talis spẽs intenditur ꝛ firmatur iteratis ꝛ frequentatis actibus. Et sic est idem ꝙ species repꝛsentans obiectuȝ. Qd̃ ꝓbatur sic.

Argᵐ pᵐ. Habit° itellectualẽ ipse species.

Illud qd̃ soluȝ requiritur in nobis rõne obiecti ad supplendũ absentiã obiecti est spẽs. ħ pȝ de necessitate ponendi spẽm. 3. de aia. vbi ponitur species lapidis in anima. qꝛ lapis nõ potest esse in anima. Sed habitus solũ reqritur ad supplendũ absentiã obiecti. igitur ꝛc̃. Probatio minoris. Quia si habitus aliqd adderet super spẽm que habet rõnem repꝛesentãtis maxime videretur. qꝛ habitus facilitaret potẽtias vt prompte ꝛ faciliter quãdo volumus possemus nos cõuertere ad obiectũ: quia in aliqs ꝯditionibus satis cõcordant habitus ꝛ species puta ꝙ vteqȝ est similitudo obiecti ꝛ ratio determinãs potentiã ad obiectũ ꝛ cetera hꝯ. Sed ꝓp hꝯ facilitationeȝ non oportet ponere. igiť. Probať. Quãdo eniȝ due potẽtie vni° agentis sunt equalr abstracte ꝛ ordinate ad vnũ actum. hoc sicut agens/hoc sicut patiẽs: ꝛ in agendo ꝛ patiẽdo sunt adequate: si potẽtia per quã agit nõ indiget dispositione facilitante vt agatur nec patiens indigebat vt patiať. etiã ex quo ponũtur sic ordinate ad vnum actuȝ tãqȝ equalr abstractũ videtur ꝙ necessario sunt in equali dispositione ꝛ facilitate respectu oꝑationis abstracte.

Argᵐ 2ᵐ

¶ Item. Ex quo ponunť adequate in agendo ꝛ patiendo necessario oportet ꝙ sint in eq̃li dispositiõe ꝛ facilitate respectu actionis ꝛ passionis. quia ex opposito satis inferť oppositũ. Sed hꝯ potẽtie sunt itellectiue agẽs ꝛ possibilis. vt. 3. de anima. tex. cõ. 16. 17. 18. Igitur si possibilis requireret habitũ facilitantẽ preter specieȝ etiam intellectus agens: qd̃ falsum est ſm oẽs. qꝛ tunc esset

in potentia

in potentia: τ tñ fm ꝓhm τ Cōmen. ibidem. ipse est actio pura in sua substātia. Posset ēt poni ista ꝓbatio. Qꝛ si cessante actu itelligēdi remaneat species. ita faciliter per illam spēm remanentē possumus nos cōuertere cū volum⁹ sicut si per actum causaretur aliquis habitus q remanet cessante actu. ¶ Ad 2ᵐ idē dicūt de habitu theologico nostro. ꝙ sit idē ꝙ species. ¶ Unde hic est notandū. ꝙ habitus theologie nostre pōt accipi dupliciter. Uno mō pro habitu fidei. Alio modo ꝓ habitu quo in lumine naturali deducim⁹ aliquas cōclusiones sequētes ex argumēto fidei. τ quib⁹ declaramus aliqua circa fidē: τ iste habitus magis ꝓprie est theologia nostra. Et de hoc probant intentum suum sic. Omne acqsitum ex actibus τ firmatū ex eorum frequentia quo cōuertimus nos cū volumus est habit⁹. Hec est diffinitio habitus collecta ex multis locis. Naz. 2. ethico. dicit ꝙ est causatus ex multis actibus. Et libro ꝑdicamentoꝝ. ꝙ est firm⁹ seu de difficili mobilis. Et 3° de anima text. cō. 8. ꝙ est quo possumus ꝯsiderare cum volumus. ¶ Sed spēs repñtantes obiectū in theologia nostra deductiua τ declaratiua sūt hmōi. igit̄ ꝛc. Probatur. Qꝛ ex actibus quib⁹ cognoscim⁹ creaturas multis vijs. s. per viam remotionis, eminētie, causalitatis, ꝛc. acquirimus aliquas species qbus de articulis multa deducimus τ circa illos multa declaramus. Ille ēt spēs cū sint de natura permanētiū possunt firmiter cessante actu intelligēdi transeunte τ multis actib⁹ frequētatis maxime firmari etiā cū sint firmate mansiue in nobis in promptu nos possumus per eas nos cōuertere. igit̄ ꝛc. ¶ Qꝛ autē sit species respectu dei. habet̄. 9. de trini. c. 2. Ubi dicit̄. Habet ergo animus nōnullā speciei note similitudinez. Infra. Quocirca inquantū deum nouimus similes sumus. Qꝛ aūt spēs firmata in sensu sit habitus possent magis expresse habere ab Aristo. τ Cōmen. Unde 3° de anima cō. 20. d. querit questionē de rememoratione: τ respondet ꝙ non est rememorādū post mortē: qꝛ memoria nostra fit ꝑ tres virtutes māles. s. cogitatiuā, imaginatiuā, rememoratiuā, qꝛ post mortem intellēs materialis nō copulabitur cum eis. τ in eis (vt deducit in cōmento sexto) ideo post mortē nō rememoramur. ¶ Et ex his sequitur ꝙ habitus rememoratiuus non est nisi spēs in sensu firmata. Qꝛ aūt sit habitus pꝫ ex ꝓho τ Cōmen.

Opio 2ª

Argᵐ 1ᵐ

¶ Contra opinionē arguit̄. Illud qđ reqritur ratione potentie soluz τ non ratione obiecti non est spēs. Habitus est hmōi. reqritur eniz ad facilitādū poᵃᵐ vñ 3° de aīa dicitur ꝙ reqritur vt cōsideremus cū volumus. τ hoc pꝫ esse ex parte potētie.

Argᵐ 2ᵐ

¶ Itē. Nihil est causa suiipsius. Sed species est causa habitus. Probo. Quicquid est causa prioris τ posterioris. Sed spēs est causa actus aliquo modo. Igit̄ τ habitus ꝯsequentis.

Argᵐ 3ᵐ

¶ Itē. Si species firmata sit habitus. quero quid addit illa firmatio super spēm. Aut respectiuū: aut absolutū. Nō respectiuū. quia cū illa firmatio generet̄ ex actibus. sequitur respectiuū esse terminū actionis. Si absolutum habet̄ ꝓpositū: qꝛ cum firmatio illa cōstituat habitum. sequitur ꝙ habitus realr̄ differt a specie.

Argᵐ 4ᵐ

¶ Itez. Ab eodem agente generat̄ forma τ firmat̄ seu augetur. Sed spēs generat̄ virtute intellectus agentis. igitur τ auget̄. Hoc pꝫ. Quia intellectus agens est agens modo nature τ possibilis est patiēs modo nature. τ semꝑ in vltima dispositiōe ad patiendū. Sed agens modo nature i patiēte modo nature vltimate dispositio statim ꝓducit effectū ꝑfectissimuz τ non iperfectū expectantē ꝑfectionez maiorē. igit̄.

Argᵐ 5ᵐ

¶ Itē. Illud nō pōt esse spēs τ tenens se ex parte obiecti quo sciens refertur ad scibile ratōne mensure: qꝛ super spēm que est intētio sola nō fundat̄ relatio realis. qꝛ relatio esset maioris entitatis q̄ suuz fundamentū. Sed per sciam que est habit⁹ refertur sciens relatione reali ad scibile (5. meta. cō. 20) igit̄ ꝛc.

Argᵐ 6ᵐ

¶ Itē. Spēs pōt esse intensior τ habitus remissior. qđ non esset si essent idē. qꝛ ponentes ꝙ sunt idez ponunt habitum magis firmatū τ magis perfectū q̄ speciē. Hoc tamen non sequitur ad alios qꝛ possent ponere habitū ita remisse genitū ex actibus ꝙ non firmaret̄ ita fortiter sicut spēs ipressa virtute intellectus agentis iprimentis ex toto ipetu. Probat̄ assumptū principale. Si enim aliqs haberet phātasma bene ordinata reciperet intēse speciē. si modicū tñ se exercite: tre missum τ modicū habebit habitū.

3ᵃ ᵒᵖ.

¶ Contra istaz opi. est. Qꝛ ponimus animā separatā cognoscere res in ꝓprio genere. ¶ Sed hoc nō pōt fieri per species firmatas vel habitus que sunt in potētia sensitiua. Igit̄ oportet ꝙ sint firmati in intellectu.

Ad pⁿᵐ

Dit⁹ intellectuᵃ ꝑ⁹ requirit̄ rōne obi.

¶ Ad argumēta eorū. Ad primū posset dici ad minorē: ꝙ habitus reqritur primo τ principalr̄ ad supplendā absentiā obiecti. sed ꝯsecutiue facit ad facilitationē potentie. Ex hoc enim ꝙ potentia habet spēm firmatam τ obiectū ꝑsentatiuum. sequitur ꝙ potest ꝯsiderare se cū vult.

Ad scđm

¶ Ad 2ᵐ pōt dici ꝙ lꝫ nihil sit causa suiipsius quantuz ad suum primū esse: tamen aliquid pōt esse suiipsius causa aliquo modo quantū ad firmius esse in alio. Uerbi grā. calor exiccando lignū magis se firmat.

Ad tertiū

¶ Ad 3ᵐ dicitur. ꝙ firmatio addit absolutū non qdem nouum absolutū differens ab ipsa sicut quedā res alterius generis vel speciei vel nouum gradū essendi absolutū. Uerbi grā. quādo albedo intendit̄ non addit rē nouā sed nouū gradum essendi in subiecto: qꝛ esse in subiecto dicit esse absolutū. ideo addit nouuz absolutum. sic in ꝓposito.

Ad q̄rtū

Act⁹ frequentatio reqrit̄ vt spēs fiat habitus.

¶ Ad 4ᵐ cōceditur maior. lꝫ patiatur calūniam. Et quādo dicitur ꝙ agens modo nature in passo vltimate disposito statim ꝓducit in esse ꝑfectissimo. Uerū est si tñ recipiēs nō sit bene retinēs sine alio. tunc illud aliō reqritur ad firmandum qđ ꝓductum est: sic est in itellectu possibili. ꝙ non est bene retinēs sine exercitio. ideo act⁹ frequentati faciunt ad firmandū spēm vt fiat habitus.

Ad q̄ntū

¶ Ad 5ᵐ dicit̄ negando maiorem. Ad ꝓbationem ꝙ spēs est intētio quedā. Dicitur ꝑmo. ꝙ per idez argumentū. nec fm habitum si differat a specie fundat̄ relatio realis. eadē eniz ratione dicam ꝙ habitus τ actus intelligēdi sunt intentiones sicut spēs. Scđo dico. τ verū est. ꝙ super intētionem scđaz non fundat̄ relatio realis. tñ super intētionem ꝑmam bene fundatur. sed spēs cum habeat cām realē intellectū agentē vel obiectū est ita intentio prima sicut habitus vel act⁹ intelligendi.

Spēs intelligibil' ē intētio pᵃ

¶ De intētione 2ᵃ qdem quere lib. ꝑmo dis. 19. q. 1. arti. 4.

Ad sextū

¶ Ad 6ᵐ dicitur. ꝙ habitus semper est firmior specie vel aptitudine. non tamen semper actu: puta quando deficit causa scilicet exercitium.

Secundus

articulus. An talis habit⁹ sit in itellectu subiectiue. Ubi qdā Prosper. ꝙ nullus habitus est in intellectu subiectiue. Unde dicunt ꝙ duplex est habitus. Quidā enim ponitur ad auferendā difficultatem potentie. sicut omnes virtutes morales: τ he requiruntur ꝓpter potentiā τ ponuntur in ipsis potētijs subiectiue. Quidā non reqruntur ad auferendaz difficultatē potentie sicut omnes itellectuales. qꝛ intellectus non habet difficultatem ad actū suum sed est in vltima dispositione ad ipm. τ solum reqritur ꝓpter obiectū. s. vt obiectū sit presens τ in prōptu. τ ideo nō reqritur ꝙ habit⁹ itellectuales sint in intellū subiectiue.

Dit⁹ vt q̄libet 2ᵐ oᵖ.

Opio pᵃ

Argᵐ pᵐ

¶ Tunc arguunt. potētia que non indiget habitu nisi vt obiectū sit presens, si nō potest habere obiectum presens nisi in alia potētia nō pōt habere potentiam in seipsa. sed in alia potentia. Intellectus est hmōi. igitur. Maior pꝫ. Probatio minoris quo ad primā ꝑtem patet ex primo articulo. Scđa pars ꝓbatur. Quia potētia que hꝫ obiectum ꝑsens per habitū in seipsa formalr̄ prius naturaliter actu elicito cognoscit se q̄ ea quorū est habitus: pꝫ de angelo. si intelligat per species vel habitus. Hoc est falsuz (3° de anima tex. cōmē. 8.) quia intellectus prius intelligit alia q̄

ſe. ¶ Confirmatur. Quia pſentia eiuſdem ad ſe in potentia reflexiua ſupra ſe eſt pmior ꝛ intimior ꝙ aliorū repreſentatorum per ſpecies. igiť ꝛc. *Inſtantia* ¶ Dices ꝙ cū potentia ſenſitiua habeat formaľr ſpēm in ſe. Igitur ſʒ dicta prius cognoſcet ſe ꝙ alia. *Răſo.* ¶ Reſpondeo ꝙ nō, quia non eſt reflexiua. Uel diceret aliqui ꝙ nec ſenſus in ſe habʒ ſpecies, ſed vnus ſenſus preſentat alteri: puta exterior interiori ꝛ vnus interior alteri, alś non eſſet neceſſe ponere memoriam ſenſitiuam. *Inſtantia* ¶ Cōtra. Hec ſunt duo. Primo qꝛ oēs colores multiplicāt ſe per totū mediū ꝛ eadē rōne per oculū. Scđo qꝛ in oculo animalis dormiētis ſunt ſpēs nō tñ actus. *Răſo.* ¶ Reſpondeo ꝙ hec pbant ſpēm in organo nō in ipſa potentia ſenſitiua.

Argᵐ 2ᵐ ¶ Itē ad pncipale. Potētia que non pōt errare niſi rōne alteri⁹ poſ̄ oñdētis ſibi obiectū nō hʒ habitū dirigētē niſi in potētia oñdentē rōne cuius pōt errare. Sed intellectus nō pōt errare niſi pter imaginatiuā. Probatur. Qꝛ cū intelľs nō ſit difficultabilis reſpectu ſui act⁹ ſi habeat obiectuʒ bñ pſentatū bene recipiet actū ſine errore. ergo. ¶ Confirmať precise. cū obiectū agat mō nature. *Argᵐ 3ᵐ* ¶ Itē. Si habitus ſciētie eſſet in intellectu acgreret cū innouatione facta in itellectu. Sed acgritur in nobis mutato quodā altero. vt pbatur 7° phyſicorū. ergo. *Argᵐ 4ᵐ* ¶ Itē. Poteſt ſic argui. In illa potentia eſt habitus ſubiectiue ſm quē eſt in potētia accidentali ad ꝯſiderandū cū voluerit: pʒ 3° de anima. tex. cō. 8. Sed ſi ponatur ſpēs alicui⁹ itelligibilis bene firmari in potētia imaginatiua tūc intelľs agēs pōt ſe cōuertere cū vult ad illā illuminādū ꝛ intelľs poſſia ad itelligēdū. Igiť talis ſpēs firmata in imaginatiua eſt habit⁹.

Ꝯ opi. ſe. Argᵐ pᵐ ¶ Contra opionē arguiť p ꝙ ꝯdicit ſibi. In pmo .n. articulo dī ꝙ ſpēs firmata ex actib⁹ frequētatis intelligēdi ſit ēt itellectualis habitus. ita ꝙ hoc eſt habitū fieri ꝛ generari. Sed ſpēs exiſtēs in parte ſenſitiua nō firmatur ibi ex actibus intelligendi nec generať. ſed magis firmať ex actibus ſentiēdi ꝛ etiā talis firmatas generatur ex frequētatis actibus ſentiēdi. Igitur habitus exiſs in potētia ſenſitiua nō erit habitus itellectualis. *Ꝯ ꝯclonē. Argᵐ 2ᵐ* ¶ Contra ꝯnem in ſe arguiť ſic. Primo per totū 3ᵐ de anima ponunť ſpēs in intellectu. ¶ 2° qꝛ Phs. 6. ethico. Ars ꝛ prudētia ſapientia ꝛ ſciētia ponuntur in intellectu: ꝛ ſecundo ethicorū relictis partib⁹ ſenſitiue ponit felicitatē in rationali p eſſentiaʒ. Etiā 2. ethico. capi. 5. Uirtus habētē perficit ꝛ ei⁹ opus bonum reddit. opus intellectus eſt bonū. Igitur intellectuʒ perficit. ¶ Itē. In 2° magnorū moraliū reprehendit Ariſ. Socratē qui poſuit vtutes morales ſciētias: ꝙ vt dicit ſciētie oēs ſunt in intellectu ꝛ rōne. ¶ Itē. Hieronymus ſuper Matthe. capi. 13. dicit ꝙ prudētia eſt in rōne ſicut odium in cōcupiſcibili. ¶ Itē. Auguſtinus de imortalitate anime pbat aiam imortalē per ſcientiā ꝛ artē que ſunt in aīa imortali.

Argᵐ 3ᵐ ¶ Itē. Illud qđ pmo ꝛ per ſe cauſať ab vniuerſali ſm ꝙ vľe eſt in potētia abſtracta eſt in itellectu ſubiectiue. Sed ſciētia eſt hō. igitur. Maior pʒ 3° de anima tex. cō. 4. Ubi vult Phs ꝙ illud quod debet cognoſcere magnitudineʒ inquantū magnitudo debet eſſe immīſta ꝛ imaterialis. Minor pʒ. 1. meta. in phemio. Ubi Phs vult ꝙ experimētum ꝛ ars cauſanť a pticularibus: ſed pticularia ſimul ſumpta faciunt vľe de quo eſt ſcientia. *Argᵐ 4ᵐ* ¶ Item. 9. metaphyſi. tex. cō. 13. vult ꝙ nihil transfert de potētia eētiali ad actū niſi per formā aliquā actuantē potentiaʒ per quā cōſtituiť in potētia accidentali reſpectu actus intellect⁹. Sed intellectus habens ſcientiā per ipam eſt in potētia eſſentiali. Igiť ſcientia actuat intellectū. ¶ Itē. Super illud ad Corin. hic ex parte cognoſcimus ꝛc. Scientia eſt po⁹ ci⁹ cuius act⁹ eſt viſio. *Argᵐ 5ᵐ* Sed viſio eſt actus intelľs. igitur ꝛc. ¶ Iteʒ. Phs. 7. phyſi. tex. cō. 20. pbat ꝙ in itellectu nō eſt alteratio in acquiſitione ſcientie. Sed hoc nō oporteret ſi ſciētia ſʒ ipſuʒ nō eēt in intellu. igiť. *Argᵐ 6ᵐ* ¶ Aliq. Petrus de S. Diony. arguūt ſic. Habit⁹ ſūt forme abſolute ſʒ for̄ abſolute denomināt ſubiectum in quo ſunt. ſequiť igitur ꝙ homo eſt ſciens per imaginatiuā nō per intellectiuā. ¶ Itē. Potētia que ſm ſe eſt ideterminata requirit l ſe determināſ. Hꝰ eſt itellectus. cū ſit ſic tabula raſa. *Argᵐ 1ᵐ* ¶ Itē. Potentia que pōt errare regrit rōnem determinatā ſi ordiatio in alia potētia nō ſufficiat ſibi. Sʒ ſtante ordine phantaſmatū itellect⁹ pōt errare. igiť. Probatio minoris. Qꝛ quātūcūq; phantaſmata ſint bene ordiata qōlibet phantaſma eſt virtualr multa ſm ꝙ per intellectū pōt cōparari ad multa etiā per itellectū de quolibet phantaſmate multa poſſunt deduci. Sed in tali deductiua operatione itellectus poſſet errare niſi in ſe haberet habitū. igiť itellectus poſſet errare niſi in ſe haberet habitū. igiť intelľs neceſſario regrit habitū in ſe. *Argᵐ 2ᵐ* ¶ Confirmatur. Qꝛ ex vno apprehenſo in potētia inferiori pōt ſuperior (prout imaginatur) multa cognoſcere. pter qđ pōt errare: ꝛ pter hoc regrit habitū vt cōcedunt iſti. igiť ſic in pꝑoſito.

Răſo. 1ᵐ argᵐ. ¶ Ad pmū rńdent ꝙ actus intelligendi nō generat habitū intellectualem, ita ꝙ ſint inducētes ꝛ cauſantes ipſum. ſed quodā modo generant ipm. quia actus intelligēdi ſunt mouentes imaginatiuā ad exercitiū ſuorū actuum: ꝛ etiā actus intelligendi ordinant ipſa phantaſmata. vt itellect⁹ prompte ꝛ faciliter poſſit recto ordine deducere ꝯcluſiones ex pncipijs qui cōuertit ſe ad phantaſmata. Quādo igiť diciť: ꝙ habitus itellectualis generať ex actibus itelligendi ſicut a cauſa pxima. dicunt ꝙ nō. ſed ab actibus exercitis ipſius imaginatiue: ſed ſolum generať ex actibus intelligēdi ſicut a cauſa vniuerſali mouēte ꝛ ordināte tales ſpēs formatas. Ultraq; qꝛ iſta ordinatio ſpecierū ꝛ firmatio ipſarū eſt in ipſa imaginatiua. ideo tales habitus itellectuales ſunt ſubiectiue in ipſa imaginatiua vel phātaſia quas pro eodē accipio. Per hoc rńdent hic. Quare ruſticus habēs firmatas ſpecies nō habet ſcientiaʒ. Dicunt ꝙ ſi habeat eas firmatas ꝛ bene ordinatas vt recte ſciat deducere cōcluſiōes ex pncipijs ꝙ habet ſcientiā.

Ad ſcōm ¶ Ad omnes auctoritates tertij de anima ꝛ pmi ꝛ ſcđi ethicorū ꝛ oīum aliorū. Dicunt ꝙ Phs accipit p actu intelligēdi in 3°. De hoc regre. 2 lib. diſ. 6. arti. 2. Et ad hoc cōcordat vt dicunt ꝙ Phs ibidē dicit. ꝙ itellectus eſt locus ſpecierū. Locatū eniʒ non eſt in loco per inherentiaʒ vel informationē ſicut accidens in ſubiecto. ſed p quādam pſentiā ſic ſpēs in phantaſmate expſſe ſūt in itellectu ſoluʒ per quādam preſentiā vel repreſentationē. ¶ Si dicať ꝙ alia lr̄a habet. ꝙ intellectus eſt ſubiectū ſpecierū. Dicunt ꝙ intellectus eſt ſubiectū circa qđ agunt ſpēs nō in quo recipiuntur. Per hoc ad auctoritates. Dicunt ꝙ verum eſt ꝙ vocādo ſpēs actus intelligendi ꝙ ſic ſunt in itellectu ſubiectiue: vocando tamen ſpecies habitus firmatos de genere qualitatis. ſic ſunt in potētia ſenſitiua. Et idē eſt dicēdum de prudētia ꝛ alijs habitibus itellectualibus vt ſicut actus ſunt in intellectu ꝛ habitus ſunt in ſenſitiua. Huic ſatis concordat. 2. ethicorum vbi virtus moralis poniť habitus electiuus ꝛc. ¶ Ex hoc ſatis patet ꝙ electio eſt in alia potentia ꝙ habitus. qꝛ electio eſt in voluntate habitus in ſenſu (vt cōmuniter dicitur) ſic de itelligibili ꝛc. Et hoc expreſſe ponitur ſeptimo phyſicoruʒ tex. cōmen. 20. Ubi probatur ꝙ habitus ꝛ ſcientia ꝛ virtus acquiruntur per mutationeʒ factam in ſenſu non in intellectu: immo quieſcente anima fit ſciens ꝛ prudens: nullus tamen negat quin actus intelligendi ſint ſubiectiue in intellectu. *Inſtantia* ¶ Dices. Igitur ſm hoc virtutes intellectuales non ſunt rationales per eſſentiā: ſed per participationem ſolum ſicut morales, morales eniʒ regulantur ꝛ ordinantur a ratione. ſicut ponitur hic de intellectualib⁹ que ſunt in ſenſu. Hoc eſt contra diuiſionē Philoſophi. 2. ethicorum. 3. ꝛ primo magnorum moralium ca. 5. Ubi indifferenter videť diſtinguere virtutes morales ꝛ

intellectuales penes subiecta sua sicut. Igit̃ in vna parte vi ponere morales subiectiue in rationali per participationez ita intellectuales subiectiue in rõnali p essentiã. ¶ Rñdẽt. ꝙ ad pħm moralẽ nihil ptinet in quo virtus sit subiectiue. sed solũ circa qd agat. Sed in quo sit subiectiue hoc ptinet ad physicũ vel ad metaphysicũ. Hoc pz. Quarto enim ethi corũ dicit pħs. Naturales qõnes relinquuntur: quia nõ sũt presentis considerationis. sed intendimus conuenientia ad mores. Sz ad mores nihil pertinet qd sit virtus. nec in quo sit subiectiue. sed solũ quõ ẜm virtutes ꝛ passiones nos habeamus bene vel male in actibus nostris. Igitur ad moralem solum pertinet considerare quantum ad illa circa que versantur earum actio. ¶ Huic concordat scđo ethicorum caplo qnto. Ubi philosophus non diffinit quid est virtus vel passio in se. sed in respectu ad actũ scilicet quo bene vel male possumus. Dicit. n. ꝙ virtus est habitus electiuus ꝛc̃. Ecce electionẽ actus. ¶ Per hoc ad argumentũ. Dicunt ꝙ vniformiter distinguit pħs ṽtutes itellectuales ꝛ morales in respectu suorũ subiectorũ circa que operant̃. Uirtus eniz moralis hz operationẽ circa potentiã sensitiuã: ꝛ intellectuales circa intellectũ: ita ꝙ actus morales sunt in sensu subiectiue ꝛ actus virtutũ intellectualiuz subiectiue in intellectu: accidit tñ oino ꝯsiderationi pħi in quo ipse virtutes seu morales seu intellectuales sint subiectiue: ꝛ ẜm hoc ille dicunt̃ rõnales per essentiã: ille per participationẽ.

Rñsio · *Ad tertiũ arg^m*

¶ Ad 3^m ṗncipale. Dicit̃ ꝙ illud qđ causatur ab vniuersali est actus: ꝛ verum est ꝙ actus est in intellectu subiectiue: ꝛ etiã scia, accipiendo sciam pro actu. Species tamen firmate in imaginatiua ꝛ bñ ordinate que possunt vocari habitus intellectuales seu sciẽtia vt causant̃ ab vniuersali. nõ sunt in intellectu subiectiue. ¶ Dices. Uniuersale non est idem ꝙ actus. sed idez ꝙ spẽs representans vlr. Cum igitur spẽs representans vlr sit in sensu: sequit̃ ꝙ vle est in sensu: qđ est tñ inconueniens sicut ṗmũ. ¶ Dicũt ꝙ vniuersale nõ est ipsa species: quia species in quocũqz fuerit est quid singulare. sed vniuersale magis põt vocari ipsa representatio speciei qua vniuersalr representat. Sed hoc nullũ est incõueniens ꝙ aliquid sit singulare in essendo: ꝛ per consequẽs in potentia sensitiua subiectiue ꝛ ꝙ ipsuz sit vle in representando ꝛ hoc virtute agentis vlis sciłz intellectus agentis attingẽtis.

Instantia · *Rñsio* · *Ad q̃rtuz*

¶ Ad 4^m di ad maiorẽ. ꝙ verũ est ꝙ intellectus nõ transfert̃ de potẽtia essentiali ad intelligendũ ad actu intelligendum nisi per aliquid receptuz in eo: non enim intelligit nisi per actuz intelligendi receptum in eo. Et quãdo dicit̃ vltra. ꝙ illud quo cõstituitur in potentia accidentali illud subiectiue recipit̃ in eo. vt puta scientia in intellectu. Dicitur ꝙ hoc accidit ꝙ sit in eo subiectiue. sed bene requirit̃ ꝙ sit in eius potestate. Sed species firmate ꝛ bene ordinate in imaginatiua sunt ita in potestate intellectus vt se cõuertat ad illas prompte ꝛ ordinate cũ voluerit ac si essent subiectiue in ipso: quare ꝛc̃.

Instantia · *Rñsio.*

¶ Dices. Eius est habitus cuius est actus. Uirtus perficit habentem ꝛ opus eius (sciłz habentis) bonum reddit. Ergo cum scire sit actus intellectus sicut subiecti habentis. Igitur ꝛ scientia est eius sicut subiecti habentis. ¶ Respondet̃ ꝙ eius est habitus cuius est actus. Uerũ est ei⁹ sicut suppositi recipientis: non tñ sicut potẽtie recipiẽtis. Uñ verum est ꝙ scientia est habitus hoĩs sicut scire est act⁹ hoĩs.

Instantia · *Rñsio*

¶ Contra. Pħs ibidẽ ponit exemplũ de oculo nõ est studiosus nisi p aliqd qđ est in eo. Igit̃ hoc intelligit de potẽtia. Rñdeo p ꝙ illud nõ est exemplũ verificatiõis. sed declarationis sciłz vt sentiant: qa di sũnt. Scđo ꝙ illud exẽplũ ponit ṗncipalr ꝓpter virtutes morales de qbus magis ṗncipalr loquit̃ ibi vñ dicit ibi. ꝙ hoc opus nõ est cõtemplationis gratia. sz vt boni fiamus. habitus aũt intellectuales saltim aliq sunt contemplatiui. Sed in moralibus verum est ꝙ actus ꝛ habitus sunt eiusdẽ potẽtie. Tertio ꝙ Cõmentator ꝛ Albertus hoc exponũt vlr de oĩ virtute. ꝙ Aristoteles accipit ibi oculum pro habente oculum. ad qđ insinuandũ ponit exempluz de equo ꝛ hoĩe.

Ad qntũ

¶ Ad 5^m di ꝙ pħs loquitur de scientia ibi ẜm actum: ꝛ hoc est verũ ꝙ actus sciendi est subiectiue in intellectu. Qz loquit̃ de actu sciendi satis cõstat. Quia illa ps vbi pħs ꝓbat ꝙ ad habitũ non est alteratio est vna pars per se ꝛ precedens. Et infra pħs probat: ꝙ neqz in intellectiua pte est alteratio: qz sciens maxime ad aliquid dicit̃ a litera ꝛ cognoscens ꝛc̃. Et tota lr̃a sequens valde videt̃ de actu sciendi loqui. sequit̃ etiam cõcludendo: neqz igit̃ actus generatio est.

Ad sextũ

¶ Ad 6^m dicitur ꝙ ille species in imaginatiua non dicũtur intellectuales: quia sunt in subiecto intellectuali vel qa faciunt subiectũ intellectuale: sed qz referunt actum intelligendi: sicut loquit̃ pħs in predicamentis ꝙ qualitates dicũtur passibiles: non quia subiecta sua patiantur ab his. sed qz inferunt passionem sensui. Et ẜm hunc intellectuz concedendum est ꝙ hõ est sciens per imaginatiuam. i. illud qđ est in imaginatiua infert actuz intellectui.

Ad 7^m

¶ Ad 7^m dicitur ꝙ potentia determinata ꝛ habens difficultatem respectu actus requirit habitũ determinantem in se. Potentia autem que nullam hz difficultatem nõ requirit habituz. sed sufficit ẽ h iectuz terminans siue in se siue in alio nõ est cura.

Ad 8^m

¶ Ad 8^m dicitur ꝙ stante ordine phantasmatuz intellectus non põt errare sicut patet. 12. de trini. caplo. 15. Qui interrogatus de geometria respondit. ita ac si peritissimus fuisset in ea: ꝛ h quia ordinate proponebant̃ sibi questiones ille. Et quando probatur: quia intellectus in deducendo potest errare. Respondetur ꝙ si argumentum valeat oportebit in intellectu ponere infinitos habitus: etiam si habitus sint in intellectu. Quia habitus quem ponis in intellectu est virtualr multa ꝛ potest ad multa comparari. ꝛ intellectus multa potest deducere de ipso ꝛ in deducendo potest errare: ideo requirit̃ alius habitus ꝛ iterum alius eadez ratione ꝛ sic in infinitũ. ¶ Si dicas ꝙ ẜm virtutẽ ṗmi habitus oĩa possunt deduci sine errore. Habent ꝓpositũ ꝙ oĩa possunt etiam determinate deduci: qz phantasmata sunt ordinata.

Ad tacitã obiectionem. Dubium.

¶ Ad confirmationẽ. Dicunt ꝙ non est simile. quia imaginatiua habet difficultatem respectu actus sui. ¶ Sed tunc circa conclusionem ṗncipalez videt̃ dubium. Quia magis videntur poni tales species firmate in memoria sensitiua que est cõseruatiua specieruz q̃z in imaginatiua.

Rñsio

¶ Dicunt ꝙ siue imaginatiua distinguatur a phantasia (ẜm Auicennã. 6. naturalium per. 10.) siue non. scđo de aĩa. Tamen imaginatiua est cõseruatiua specierum. Et (vt dicunt isti) in considerando imaginatiua differt a memoria: qz memoria cõcernit differentiaz temporis sciłz preteritum. imaginatiua ꝟo sine diﬀa temporis concernit. Ad hoc enim eius conseruatio valet precise vt re absente suppleat eius presentiam. Qz autẽ suppleat obiecti presentiam: qđ poterit in eius cognitione vt futurum est oĩno accidit. Quia igitur intellectus in itelligẽdo abstrahit ab hic ꝛ nũc. ideo qñ se conuertit recurrit ad imaginatiuaz nõ ad memoriam sensitiuã.

Reprobat oĩa supradicta.

¶ Istã opinionẽ nõ teneo. nec in ṗmo nec in scđo articulo. Sed de hoc libro. 2. dis. vltima articulo primo.

Questio. III.

TErtio quero de subiecto virtutis moralis. Hic tria. ¶ Primo tangaz ordinate opiniones que ponunt virtutes morales in appetitu sensitiuo vel intellectiuo. ¶ Scđo tangaz vnam que ponit ꝙ possent poni in vtroqz appetitu ẜm aliquid sui. ¶ Tertio tangaz difficultates ad propositum cum solutionibus que dantur.

Opio hᵒ. Arg^m hᵒ

PRimus articulus. An virtutes morales sint in appetitu itellectiuo. aut in sensitiuo. Ubi aliq dicũt ꝙ oẽs ṽtutes morales sũt in appetitu sensitiuo. Qz ibi

bȝ poni virtus vbi est vitiũ. Sed vitiũ subiectiue bȝ esse in appetitu sensitiuo ⁊ oẽs passiones sunt in appetitu sensitiuo Ergo ⁊ omnes virtutes moderatiue passionum. Maior pȝ. Quia opposita priuatiue nata sunt fieri circa idem. Minor pbatur. Quia voluntas non habet aliquas passiones ex se. sed si habet hoc est ex appetitu sensitiuo trahente.

Argᵐ 2ᵐ

¶ Itē. Phs. 2. Ethi. versus finem. dicit ꝙ virtutes morales sunt in eo quod est mediũ inter plantatiuã ⁊ rationalẽ. Sed illud medium necessario est ex parte sensitiue. ergo.

Argᵐ 3ᵐ

¶ Itẽ. Uirtus ponit ad terminandũ potentiã ad opus bonum de genere moris. Ergo nec in illa potentia que ex se est determinata ad vnum sicut potentia mere naturalis nec in potentia q̃ se potest ex sua libertate determinare ad opus rectũ est virtus necessaria. Sed appetitus intellectiuus est talis potẽtia que potest se determinare ex sua libertate in vtrũqȝ oppositorũ. Igit in neutro illorũ ponenda est virtus moralis. Erit igit media inter illas. igit in appetitu sensitiuo que est rõnalis per participationẽ.

Opi. 2ᵃ.
Argᵐ 6ᵐ

¶ Scḋa op. est que ponit aliquas in appetitu intellectiuo aliquas in sensitiuo. Primum pbant sic. Quando potentia de se determinatur ad aliqḋ obiectuȝ non opȝ ponere in eo virtutẽ inclinantẽ. Ergo quãdo obiectum excedit opȝ. Uerbi grã. Quia obiectum beatificũ excedit ponimus charitatẽ. Quia vo bonũ in vli non excedit voluntatẽ: ideo respectu eius nõ ponimus virtutem moralem inclinantẽ. Sed bonuȝ ad alterũ quodã modo excedit voluntatem nostrã. multa eniȝ nos retrahunt a bono ad alterũ. Igitur respectu boni ad alterum opȝ ponere in voluntate virtutem inclinantem. Uirtutes igitur que respiciunt bonũ ad alterũ cuiusmodi sunt iustitia, liberalitas, ⁊ similia sunt in voluntate.

Argᵐ 2ᵐ

¶ Scḋm probant sic. Quia respectu eius ad qḋ nõ determinat appetitus sensitiuus sȝ patit difficultatem opȝ ipsum habere virtutẽ inclinantẽ. Sed respectu boni ad seipsum patitur quandoqȝ difficultatẽ vt respectu temperantie ⁊ fortitudinis ⁊ hꝰ. Ergo tales sunt in appetitu sensitiuo. ¶ Cõfirmat. Quia. 6. ethic. cap. 5. ⁊ 6. vult phs ꝙ quedã virtutes sunt in rõne per essentiã. ⁊ quedã in ratione per participationẽ. Sȝ in rõne per essentiã sunt mere intellectuales. Ergo in rõne per participationẽ sunt oẽs alie. Sȝ participare rõnẽ cõuenit vtriqȝ appetitui. Ergo ⁊c.

Argᵐ 3ᵐ

¶ Itẽ. ꝙ alique sint in appetitu sensitiuo. Quia phs primo polytice dicit ꝙ aĩa hȝ duplicẽ pncipatũ. Unũ hȝ quo pncipatur corpori. ⁊ iste pncipatus dicit despoticus: quẽ pncipatuȝ hȝ dñs super seruum: ⁊ quia sicut seruus nõ hȝ resistere nec cõtradicere dño suo. sic nec corpꝰ hȝ vnde resistere possit aĩe: ⁊ ideo in corpore nõ debet poni aliqua virtus qua inclinet ad obediendũ ⁊ obtemperandũ aĩe. Aliũ pncipatuȝ hȝ ꝙ dominatur aĩa viribus inferioribus ⁊ est pncipatus polyticus quo rex pncipatur baronibus suis: sicut barones ex aliqua causa possunt regi contradicere sic vires inferiores que appellant disciplinantes (scḋm phm pmo ethi. ca. 20.) ⁊ non vires inferiores indigent virtute qua obedire cogant dictamini recte rõnis. In appetitu igit sensitiuo oportet aliquas virtutes subiectiue poni. ¶ Item. Quando pncipium immediate eliciens aliquem actuȝ est imperfectuȝ ⁊ indispositũ ille actus est imperfectus ⁊ diminutus. Igit in appetitu sensitiuo existente indisposito quantũcũqȝ pars superior ⁊ rõ sit disposita semp actus eius est imperfectus. Ad hoc igitur ꝙ actu temperantie possit esse perfectus opȝ in eo ponere subiectiue habitũ tẽperantie: ⁊ ita de alijs. ¶ Iteȝ Phs. 2. ethi. ca. 9. ponens differentiã inter cõtinentẽ ⁊ temperatum dicit sic. Continens hȝ passiones prauas: sed non deuincit: temperatus aũt nõ hȝ passiones prauas. Sed istud dictum phi non esset veruȝ. nisi in temperato esset aliquis habitus refrenans tales passiones vt eas nõ sentiat qui habitus non est in continente. ergo. ¶ Item. Confirmat ratio per auctoritates. Primo sic. Phs. 3. ethi. cap. pmo ⁊ 2. dicit sic de virtutibus moralibus. Uident autem he irrationabilium. Qḋ exponens Cõmentator dicit sic. Non ideo dicit videt ꝙ alique sint irrationabilium partium ⁊ alique non. sed ideo dicit videt. quia ante tempora sua nõ fuit hec opinio. Uult igitur Commentator ꝙ sensus phi fuit. ꝙ virtutes morales subiectiue essent in appetitu sensitiuo. ¶ Item Phs. 2. ethi. 5. dicit ꝙ que sunt in anima. Aut sunt passiões. aut habitus. aut potentie. Ibi dicit Cõmentator. Anima que irrationabiliũ partium est. Ergo virtutes subiectiue sunt in parte irrationali per essentiaȝ. cuiusmodi est appetitus sensitiuus.

Opio 3ᵃ.

¶ Tertia opinio est que dicit ꝙ omnes virtutes morales sunt in appetitu sensitiuo excepta vna que est in voluntate. ⁊ illa vna est iustitia. Non iustitia generaliter accepta. sed iustitia legalis. Et in hoc discordat ab alia opinione. Quia illa posuit in voluntate plures virtutes morales: quia ponit omnes illas que respiciunt bonũ ad alterum.

Argᵐ 1ᵐ

¶ Ideo autẽ iustitia legalis ponitur in voluntate: quia sicut volũtatis est imperare sic in ea debet poni virtus dirigens ipsam in actu imperandi: talis autem virtus est iustitia legalis. ¶ Cõfirmatur per hoc. ꝙ sicut videmus ꝙ in intellectu sufficit vna virtus vt prudentia dirigens ipsum in actibus suis ⁊ respectu aliarum potentiarum. sic videtur ꝙ in volũtate que est potentia imperatiua. sufficit vna virtus ipsam dirigens in actu imperandi respectu aliarum potentiarũ. Hec autẽ virtus est iustitia legalis.

Argᵐ 2ᵐ

¶ Item. Illius potẽtie cuius est actꝰ est habitus subiectiue inclinans in talem actum. Sed volũtatis est imperare. Igitur in ea est habitus subiectiue inclinans in talem actum. Sed talis habitus est iustitia legalis. igitur.

3 op. pᵐ
Argᵐ 1ᵐ

¶ Contra. Phs. 3. ethi. ca. 5. diffiniens virtutẽ moralem dicit ꝙ virtus est habitꝰ electiuus in medietate ↄsistẽs. Ex hoc arguo sic. Eiusdẽ potentie est actuȝ habere cuius est elicere actũ electiuũ ⁊ perfici habitu electiuo. sed rõnis vel appetitus rõnalis est elicere ⁊ habere actũ electiuum sicut patet per phȝ. 6. ethi. 5. cap. Ergo eiusdem ⁊c. In voluntate igitur subiectiue habet virtus moralis esse qua est habitus electiuus.

Rñ° q̃dã.

¶ Sȝ forte diceret aliqs ꝙ appetitus sensitiuus est rõnalis per participationem: sic etiam competit sibi eligere ⁊ habere actum electiuũ participatiue: ⁊ ita virtus moralis que est habitus electiuus poterit subiectiue poni in appetitu sensitiuo.

Reprobatur.

¶ Sed ista solutio nõ valet. Quando eniȝ dicit ꝙ appetitus sensitiuus est rationalis per participationem. ista non debet sic intelligi ꝙ sit rationalis per participationem ꝙ aliqua possit actu ratiocinandi elicere. Sed dicitur rationalis: quia in actu suo rationi subijcitur aut codẽ modo: dato ꝙ appetitus sensitiuus ita sit per participationem electiuus eo ꝙ potentia subijcitur electiue: non tamen est sic electiuus ꝙ possit elicere ⁊ habere actum electiuum: ⁊ per consequens nec in eo poterit esse subiectiue habitus electiuus siue virtus moralis sed tñ erit in voluntate cuꝰ est elicere ⁊ habere actum electiuuȝ.

Argᵐ 2ᵐ

¶ Item. Qȝ virtutes morales debent poni in voluntate subiectiue arguitur sic a quibusdam. Quando aliqua potentia indeterminate fertur in aliquod obiectum sic inquantum indeterminate ꝙ potest ferri in ipsum ⁊ in eius oppositum ⁊ bene ⁊ non bene. talis potentia indiget aliqua virtute inclinante eam in illud oppositum. Sed voluntas indeterminate fertur in bonum oẽ (citra finem vltimum respectu cuius necessitat) ⁊ indeterminate potest ferri in ipsum ⁊ in eius oppositum. ⁊ potest in ipsum ferri bene ⁊ non bene. ⁊ hoc habet ex sua libertate ⁊ voluntas respectu cuiuscunqȝ boni indiget virtute inclinante in tale bonũ ⁊ bene. ergo.

Argᵐ 3ᵐ

¶ Item. Appetitus sensitiuus in nobis eo ꝙ est rõnalis p pticipationẽ põt indeterminate ferri in bonũ (vt dicit aduersariꝰ) ⁊ ex hoc indiget vtute inclinãte ⁊ dterminãte ipȝ i boᵐ. Sȝ multo fortiꝰ põt rõnalis

per essentiã indeterminate ferri in totũ bonũ hoĩs ꝛ multo indeterminatius ꝙ̃ appetit' sensitiuus. Ergo multo fortius

Argm 4m

indigebit ol virtute morali inclinante ꝛc̃. ❡ Item. Uoluntas non magis determinate fertur in bonum ꝙ̃ intellectus in verũ. Sed intellectus ad boc ꝙ feratur in verũ. ꝛ etiam circa p̃ncipia que sunt maxime vera ꝛ in que maxie determinate fertur. indiget babitu ꝛ distinctis babitibus quibus ferat̃ in distincta p̃ncipia. Ideo p̃hs ponit babitus intellectuales tam respectu p̃ncipiorũ ꝙ̃ respectu conclusionũ. 6. ethi. ca. 4. In intellectu ergo ad boc ꝙ voluntas determinate ꝛ bñ ferat̃ in particulare bonũ ꝛ in omnia particularia bona indiget diuersis babitibus moralibus inclinantibus

Argm 5m

ipsam in talia bona. ❡ Itẽ. Distincti babitus distincta obiecta respicientes sunt subiectiue in illa potentia que respicit obiectum cõmune omnibus illis particularibus obiectis. Uerbi gratia. Distincti babitus particulares respicientes distincta obiecta particularia vera. sunt subiectiue in illa potentia que respicit veruz simplr̃ qđ est cõmune omnibus illis particularibus veris: q2 omnes tales babitus sunt subiectiue in intellectu qui respicit verũ simplr̃ ꝛ absolute. Igit̃ simplr̃ distincti babitus particulares morales respicientes distincta bona particularia erunt subiectiue in illa potentia que respicit bonuz simplr̃ qđ est cõmune oĩbus illis bonis particularibus. Sed voluntas respicit bonũ simplr̃ ꝑ obo. Ergo omnes babitus morales sunt subiectiue in voluntate.

Argm 6m

❡ Item. Quando aliqđ cõuenit alicui particulr̃ cõuenit ei diminute ꝛ imperfecte ꝛ qđ conuenit per essentiã conuenit perfecte ꝛ quadã vniuersalitate. Sed qđ appetitui sensitiuo cõuenit esse subiectũ virtutis boc non est nisi participatione: quia nõ nisi inq̃tũ participant rõnem. Parti aũt rõnali per essentiã cõuenit: q2 est per essentiam rõnalis vel saltem magis est rõnalis ꝙ̃ pars sensitiua. Igit̃ sibi competit per-

Argm 7m

fecte ꝛ vlr̃. ❡ Item. Quecũq3 potentia põt frequẽtare act' fm dictamen recte rõnis ꝛ circa talem mãm circa quã contingit bene agere ꝛ non bene. illa potẽtia ex talium actuum frequentatione fm dictamen recte rõnis circa talem mãm potest sibi babitum acqrere. Sed voluntas circa materiaz cuiuslibet virtutis moralis potest frequentare actus fm dictamen recte rationis: ꝛ circa talez mãm contingit agere bñ

Zop.3m

ꝛ non bene. ❡ Contra aliam opinionez que ponit tñ iustitiam legalez esse in voluntate ꝛ nullam aliam arguo sic. Eustrasius: ꝛ etiam Michael Scotus. 5. ethi. cõmento. 3. dicunt ꝙ iustitia legalis se b3 ad alias virtutes sicut genus ad spẽs ꝛ est cõmunis virtus. Tunc arguo sic. Nullum tale cõmune pluribus (sicut est vl̃e qđ de pluribus predicat̃) habz aliqđ reale extra suas species ꝛ indiuidua. p3: qa tale cõmune vt genus preter species ꝛ indiuidua non b3 esse nisi abstractũ. Ergo virtus legalis nullum esse babet nisi in particularib' virtutibus moralibus: ꝛ per consequens in nullo babet esse subiectiue nisi vbi sunt alie virtutes. Si igitur alie virtutes morales sunt in appetitu sensitiuo subiectiue iustitia legalis erit subiectiue in eodem appetitu sensitiuo. Uel si iustitia le-

Opio 5a.

galis sit in voluntate subiectiue. igit̃ ꝛ virtutes morales particulares. ❡ Ideo dicũt alij Henricus quol. 4. q. 22. ꝙ oẽs virtutes morales que babẽt rõnẽ virtutis babent esse subiectiue in voluntate. Dicunt tamen ꝙ volũtas tripliciter põt considerari. Ut nã quedam: ꝛ sic naturalr̃ ꝛ determinate fertur in bonum. ꝛ voluntas sic cõsiderata non indiget aliqua virtute inclinante eam in bonum: quia vt sic determinate ꝛ naturalr̃ fertur in bonum. Et isto modo considerando volũtatez non ponit̃ in ea esse aliqua virtus moralis subiectiue. Alio modo potest voluntas cõsiderari vt deliberatiua: ꝛ voluntas sic cõsiderata sic se babet ad obiectuz suum vt ad bonum apprebensuz qđ potest intellectui imperare. vt videat ꝛ discutiat. vtruz tale bonum sit eligendũ vel non: ꝛ facta distinctione ꝛ data sententia ab intellectu circa tale obiectum adbuc potest voluntas ex libertate sua ferri in tale bonum apprebensum ꝛ non ferri: ꝛ ideo vt sic considerata indiget virtute ꝛ babitu inclinante ipsam vt ferat̃ in bonũm ꝛ bñ. Et addunt isti ꝙ ꝑfecte babituatus nõ deliberat: sed ita delectabilr̃ operat̃ ꝙ statim sine omni deliberatione agit. Et ideo dicit p̃hs. 3. ethi. ꝙ ille est perfecte fortis ꝛ perfecte b3 babitum fortitudinis qui repente pericula aggreditur. Et Auicenna. 9. meta. ponit mores in volũtate. igit̃ vt deliberatiua est in ea babent esse subiectiue omnes virtutes. Tertio modo potest cõsiderari voluntas vt est arbitrio libera: ꝛ in voluntate sic considerata fm eos non babet esse aliqua virtus moralis subiectiue: quia si in voluntate sic cõsiderata talis babitus eam sic inclinans poneret̃ eius libertas impediretur ex quia sibi competit ferri in bonuz ꝛ in eius oppositũ

Reprobatur.

ꝛ ferri in bonũ ꝛ nõ bñ. ❡ Sed cõtra istam opinionem arguit Ciuoñ. quãtũ ad boc ꝙ dicit ꝙ in volũtate vt arbitrio libera nõ potest poni virtus moralis. Ex boc enim nõ seq̃t̃ ꝙ voluntas vt arbitrio libera necessitet̃. aut libertas ei' impediatur: quia ipsimet ponunt in voluntate vt deliberatiua esse babitum eam inclinantẽ in bonum: ꝛ tamen ex boc non necessitat̃ nec eius libertas impedit̃. Immo nõ obstante tali babitu ponunt ꝙ põt in bonum ꝛ eius oppositum. Ergo similiter in voluntate considerata vt arbitrio libera potest poni babitus moralis subiectiue eam in bonum inclinans sine eius necessitate aut libertatis impeditione qui possit in bonum ꝛ eius oppositum.

Secundus articulus. Qualiter virtutes morales sũt in vtroq3 appetitu. Ubi est vnus modus dicendi ꝙ ad virtutẽ moralẽ ista per ordinẽ requiruntur. scil3 rectũ dictamen in intellectu. recta electio in voluntate: ꝛ recta obedientia in appetitu sensitiuo: ꝛ ista frequẽtata generant quãdã inclinationẽ ad bene obediendũ ꝛ tales inclinationes genite ꝑ assuefactionez in voluntate ꝛ in appetitu sensitiuo constituunt vnam virtutem moralem. Ita ꝙ v̇tus moralis non est vna forma vnitate nature: sed est vna fm esse moris: in qua vnitate cõcurrit quedã multitudo diuersarũ inclinationũ ad cõstituendum vnaz virtutem moralẽ sicut in virtute naturali cuiusmodi est sanitas concurrunt multi bumores ꝛ qualitates ad constituendũ vnam sanitatem. ꝛ sicut multa membra ꝛ diuerse qualitates etiam pertinentes ad diuersas species qualitatis: sicut color qui est in 3a specie qualitatis. ꝛ figura que est in 4a. faciunt vnã pulcbritudinẽ. Etiam q̃nq3 diuersa spẽe cõcurrunt in vna specie qualitatis sicut ars pugillatoria ꝛ cursoria. ❡ Per boc p̃nt

Ad pmaz opionem.

soluti rationes opinionis. Quia rationes probantes ꝙ oẽs virtutes morales sunt in appetitu sensitiuo: possunt solum ꝙ bene ꝑbant ꝙ in appetitu sensitiuo oportet ponere aliquas inclinationes moderantes passiones. ❡ Et que probant ꝙ

Ad 2am

omnes sunt in voluntate possunt per idem solui ꝙ bene ꝑbant ꝙ in voluntate sunt quedam inclinationes ad rectam electionem ꝛ rectum imperiũ: sed tamen neutra opinio probat intentum suum: scil3 ꝙ virtutes morales sunt solũ in appetitu sensitiuo. nec solum in intellectu. Immo quelibet virtus moralis cum boc ꝙ est vna modo quo dicet̃ arti. 3. fm aliquid sui est in appetitu sensitiuo ꝛ fz aliquid sui in appetitu intellectiuo: sicut pulcbritudo fm aliquid sui idest fm aliquam qualitatem consistit in vno membro ꝛ fm aliquid

Ad 3am

sui idest fm aliam qualitatem in alio. ❡ Opinio 3a probans ꝙ alique virtutes sunt solum in voluntate vt iustitia ꝛ liberalitas: ꝛ buiusmodi. Dici potest ꝙ non probant plus nisi ꝙ in voluntate propter difficultatem talium actuum op3 ponere aliquas inclinationes: sed ex boc nõ excluditur quin etiam in appetitu sensitiuo: op3 alias inclinationes ponere ne appetit' sensitiu' ꝯ initãt volũtati iperãti bonũ ad

Aureo. Arg

alterum. ¶ Huic modo dicendi cõcordat quidã doctor in quol.q.12.artic.2. Et pbat eaz. Primo sic. Nõ sunt due virtu tes noie morales respectu eiusdẽ mãe. Sed inclinatio q̃ est in volũtate ⁊ illa que est in appetitu sensitiuo nõ ꝯstituerẽt vnã virtutẽ moralẽ indiuisibilẽ: sic ꝙ ista sine illa non esset virtus nec ecõuerso. sequeref enĩ ꝙ due virtutes morales in hoie essent respectu eiusdẽ mãe: quelz enĩ de illis iclina tionibus esset distincta virtus moralis ꝑ se: nã quelz eẽt ha bitus in medio cõsistens ⁊ inclinãs ſm determinationẽ re cte rõnis vt in potestate nostra cõsistẽs. Igif necessariũ est ꝙ iste due inclinationes cõcurrant ad rõnẽ vnius indiuisi bilis virtutis moralis.

Ad tacitã rñsionẽ.

¶ Sed forte dices ꝙ in volũtate nulla est iclinatio. nec virtus moralis. pro eo ꝙ nõ est subie cta passionib nec cõtratendit vel ꝯtendit rationi: ⁊ ideo nõ indiget virtute vt phs innuit ꝑmo politice. ¶ Sed hoc sta re nõ põt. Nõ enĩ magis resistit rõni volũtas respectu ope rabiliũ in qbus est iustitia q̃ respectu passionũ in qb sunt alie virtutes. Sed ſm phm. 5. ethi. ꝑmo. ⁊. 9. respectu opera biliũ opz ponere in volũtate virtutẽ iustitie. Dicit enim ꝙ talez habitũ volumus dicere iustitiã a quo volumus iusta ⁊ iusta operamur: ⁊ per ꝯñs in voluntate est iustitia qua volu mus iusta. Igif respectu omnis alterius mãe est virtuosa in clinatio in voluntate qua volumus. ¶ Preterea nõ est mi nor resistentia ad rõnẽ que orif libertate ⁊ dominio q̃ que orif ex passione. Qd pz ex hoc ꝙ cõtra passiones põt hõ ꝑ dominiũ ⁊ electionẽ moueri. Sed in volũtate ⁊ ex volũta te orif libertas ⁊ dominiũ actuũ humanoꝝ. est enim dñs ve rus vt dicit Cõmẽtator. 9. meta. cõ. 4. Igif in volũtate opz ponere habitũ firmantẽ cũ rõne. ¶ Preterea vitiosus non solum a virtuoso in appetitus deordinatione. imo ⁊ ex per uersitate volũtatis existẽtis differt: hz enim ꝓpositũ ꝑuer sũ ⁊ firmũ electionẽ habitualẽ. Sed oppositoꝝ rõnes per oppositũ sunt sibi sumẽde. Igif ⁊ virtuosus non solũ hz ap petitũ sensitiuũ bene dispositũ: sed rectã rõnẽ. imo ⁊ volun tatez firmataz in bono per inclinationẽ per quã põt resiste re. ¶ Et cõfirmaf. Quia si vitiosus nõ hz volũtatẽ peruer sam cõtinẽs nõ differt ab incõtinente: nõ enim differũt ex ꝑte appetitus. 7. ethi.

Ad tacitã rñsionez.

¶ Sed forte diceĩ (vt dicit Henricus quol. 4. q. 22. versus finẽ) ꝙ nulla inclinatio existens in ap petitu sensitiuo ꝑtinet essentialr̃ ad virtutẽ. sed tñ ꝑ modũ redundantie eo ꝙ appetitus nõ mouef ad bonũ rõnis per se nec illud directe attingit. ¶ Sed nec hoc potest stare. Cõ stat enĩ ꝙ irrationalis ps aie que cõcupiscibilis dicif vel irascibilis attẽdif penes appetitũ sensitiuũ ⁊ nõ penes vo luntatẽ. Sed phs. 7. ethi. cap. 12. dicit ꝙ fortitudo ⁊ tẽperan tia videnf esse virtutes partiũ irrationabiliũ. Igitur incli nationes appetitus sensitiui essentialr̃ pertinent ad virtutẽ moralẽ. ¶ Preterea phs. 7. ethi. cap. 12. ponit virtutes in il lo irrationabili apto nato obedire rationi: ⁊ etiã passiones. Sed cõstat ꝙ iste est appetitus sensitiuus. ergo idẽ qd ꝑus. ¶ Preterea. In oi potentia in tñ ponitur virtus humana inq̃tũ est apta nata participare rõnem per quã hõ est hõ. Sed appetitus sensitiuus inq̃tũ hz ꝙ est aptus natus obe dire rõni habet hoc. s. appetitus brutoꝝ. iuxta illud gen. 4. subter te erit appetitus tuus ⁊c̃. Igif in appetitu sensitiuo necesse est vt sit virtus humana. Hec aũt vel est moralis vl̃ intellectualis (vt pz ꝑ ethi.) nõ est aũt intellectualis. igif mo ralis. ¶ Itẽ. Inclinatio ista cõformis recte rationi existẽs in appetitu de necessitate habentẽ perficit (scilz appetitũ) ⁊ actũ eius bonũ reddit: est etiã appetit ꝑfecti in ordine ad optimum: quia est actus. Igitur essentialiter est virtus ſm vtrãqz diffinitionẽ. etiã ſm phm. 2. ethi. cap. 5. Sed omnis virtus vel est corporalis vel moralis vel intellectualis: q̃ de pluribus nõ fit mentio in. 6. ethi. Cum igif ista inclinatio non sit pure corporalis: nec etiam intellectualis. necesse est dicere ꝙ includaf essentialr̃ in morali.

Ad tacitã rñsionẽ.

¶ Tertio forte dice tur ꝙ nõ est incõueniens vtrãqz inclinationem esse virtutẽ moralẽ per se ⁊ distincte: ⁊ ita erũt due virtutes morales re spectu eiusdẽ mãe. Sed istud stare nõ põt. Tum qr phs nõ agit de duplici fortitudine ⁊ duplici temperãtia. Tum quia carens altera non dicif absolute temperatus.

Arg 2

¶ Secundo ꝑncipalr̃ arguo sic. Unius perfectibilis per virtutẽ in ordi ne ad vnaz mãm est vna perfectio. Sed ſm vtrũqz appeti tum est homo vnum perfectibile circa moralem materiaz. Qd patet. Quia nisi in voluntate sit vna inclinatio nunq̃ bene obediret rationi: ⁊ nisi in appetitu sensitiuo sit vna in clinatio nunq̃ bene obediret rationi. quia appetitus trahit appetitũ sicut rota trahit rotam vt dicif. 3. de aia tex. cõ. 57. Et ob hoc dicif Dañ. 14. cõcupiscentia subuertit cor tuum. Et Jacobi ꝑmo. Unusquisqz tentatur a concupiscentia sua attractus ⁊ illectus. Ex quibus arguo sic. Uirtus moralis q̃ cõsistit in obediendo suasioni rationis nõ est perfecte in ho mine ſm alterũ appetitũ sine altero. ita ꝙ requiranf ambo esse ordinata ad vnũ: scilz ad rõnẽ. Sed ordinata adinuicẽ in ordine ad aliqd vnum perfectiuum sunt vnũ perfectibi le. Igif homo ſm vtrũqz appetitum est vnum perfectibile moraliter. ¶ Et confirmatur per simile de sanitate ad quã cõcurrunt in vno membro dispositiones bone omniũ par tium illius membri si debeat dici sanũ. Et similr̃ si debeat dici pulchrum opz ꝙ multa cõcurrant in vno membro ſm diuersas partes eius vt pote nasi, oculorum, labiorũ in vul tu. Et ratio huius est. quia membrũ habet rationem vnius sanabilis aut vni susceptibilis respectu pulchritudinis q̃ tũ habeat plures partes ⁊ idem est de toto homine q̃tum ad esse obedibile rationi ſm vtrunqz appetitum. igitur ⁊c̃.

Arg 3

¶ Tertio ꝑncipaliter ad eandem conclusionem sic. Ille in clinationes concurrunt ad vnam virtutem moralem a qui bus actus est virtuosus circa materiaz aliquam qui elicitiue dependet sub ratione qua virtuosus. Qd patet ex diffinitio ne virtutis: quia habentem perficit ⁊ opus eius bonum red dit. Habitus enim dicif virtuosus: quia inclinat ad actum. ⁊ icciĩco omnes inclinationes que exiguntur ad actum vnũ virtuosum sunt vnius habitus virtuosi. Sed circũstantie qbus actus redditur virtuosus ĩpossibile est ꝙ insint actui ex vna inclinatione sola alterius appetitus: non enim actus elicif delectabiliter si appetitus sensitiuus careat inclinatio ne obedientiali nec firmiter nisi volũtas sit iclinata. igif ⁊c̃. ¶ Et confirmaf. Quia ad rationem vnius indiuisibilis syl logismi tot propositiones essentialiter cõcurrunt quot sunt necessarie ad inferendam conclusiones nec plures nec pau ciores (vt puta ma. ⁊ mi.) ⁊ ratio huius est: quia forma ⁊ vni tas syllogismi accipitur ex ratione vnius principij illatiui cõclusionis. Quare cum virtus sit illatiua actus virtuosi in quãtũ virtuosus est ⁊ ex hoc solo habeat rationem virtutis tot inclinationes concurrunt ad eam quot exiguntur ad in ferendas circunstantias virtuosas in actu.

Arg 4

¶ Quarto ꝑnci paliter. Scdm ꝙ deducit phs. 2. ethi. Uirtutes nõ sunt nisi delectationes ⁊ tristitie moderate circa passiones ⁊ opera tiones. Ubi dicit Cõmẽtator: ꝙ virtutes existũt in actioni bus ⁊ passionibus. Omnez aũt operationẽ ⁊ passionẽ sequi tur delectatio ⁊ contristatio: ⁊ ꝑꝑ hoc opz ꝙ virtus sit circa delectationes ⁊ tristitias: scilz vt ambe delectationes ⁊ tri stitie sint ſm ꝙ opz. Illa igif cõcurrũt ad rõnẽ vnius virtu tis respectu alicui mãe: que de necessitate ꝯcurrũt ad vnũ. Delectari aut tristari ſm ꝙ opz circa illam mãm. sed incli natio vtriusqz appetitus cõcurrit: si enim fuerit tristitia in altero minuif dẽlectatio aut tollif ab altero ⁊ eꝯ. expellit. n. delectatio tristitiã ⁊ que ꝯria ⁊ que cõtingens si sit fortis. 7. ethi. Ergo iclinationes vtriusqz appetit idiuisibilis ꝯcurrũt ad vnam rõnem moralis virtutis: quo ꝑncipalr̃ illud quo

dempto ab aliquo toto nõ manẽt.rõ.tot⁹ essentialr ↄcurrit ad illud totum.Et ideo cor ꝛ cerebrũ sunt de integritate essẽtiali hoĩs.nõ aũt digitus:qꝛ impoſſe est manere hoĩem illis demptis sicut manere põt digito absciso. ℂ Item. Remota inclinatione appetitus sensitiui conformi recte rõni non manet virtuosus:vt pʒ in cõtinẽte(remota enim habituali electione ꝛ habituali ꝓposito.iam non manet virtuosus:vt pʒ in illo qui ꝑus temperatus existens mutat voluntatẽ vel ꝓpositũ)qꝛ cõstat ꝙ non est virtuosus.Igiẽ vtraqꝫ inclinatio essentialr exigiẽ ad moralẽ virtutem.

Arg^m 5^m

Dub^m p^m

Tertius articulus. An plures iclinationes pluriũ siue vnius potẽtie possint vnã virtutẽ ↄstituere. Ubi diciẽ ꝙ nõ. Nã videẽ ꝑmo ꝙ sit ipoſſe plures inclinationes siue in eadẽ potẽtia siue in pluribus existẽtibus concurrere ad ↄstitutionẽ vnius virtutis. Uirtus eniʒ hñs specificã vnitatẽ cuʒ ponaẽ in ꝑma specie qualitatis.si ↄstituatur ex istis inclinationibus.Uel est aliqd absolutũ cõstitutuʒ ex istis inclinationib⁹ per modũ cuiusdã tertie rei resultantis ex ipsis.Uel est tñmodo illa multa inter se aggregata.Uel est illa multa habentia tñmodo vnitatẽ ordinis ad inuicẽ.Sed nõ põt dici ꝙ sit aliqua tertia res ex istis inclinationibus cõstituta.Tum qꝛ inclinationes ponunẽ in diuersis potẽtijs.Tum quia tunc vna esset alterius actus qd nõ est:sed quilibet actus.Tum qꝛ quilibet vĩ vnũ distinctũ indiuiduũ ab alio in genere habitus.ꝛ per consequens non possunt cõstituere vnũ habitũ.nec vnã rem simplicem que sit virtus. ℂ Nec põt dici 2^m:quia vnitas aceruĩ nõ sufficit ad vnitatẽ specificam vnius qualitatis. ℂ Silr nec vnitas ordinis.cum talis sit in toto vniuerso.Ergo ipossibile est ꝙ ↄuenire inclinationes cõcurrant ad cõstitutionẽ vnius virtutis.

Dub^m 2^m

ℂ Scdo modo videẽ in speciali ꝙ sit impossibile de duabus inclinationibus:quarũ vna est in voluntate.alia in appetitu sensitiuo.Sicut enim se hʒ potentia ad potentiam sic habitus ad habitũ.Sed voluntas ꝛ appetitus sensitiuus nõ possunt cõstituere vnaʒ potentiaʒ. Ergo habitus vnius ꝛ alterius vnũ habitũ vel vnã virtutẽ. ℂ Preterea magis conueniunt voluntas ꝛ intellectus ꝙ̃ voluntas ꝛ appetitus sensitiuus:sed prudẽtia que est in intellectu respectu vnius moralis materie nullo modo est eadeʒ virtus cum inclinatione que est in voluntate ad eandẽ materiã.igiẽ inclinatio que est in voluntate ꝛ illa que est in appetitu sensitiuo non cõstituerent vnã virtutẽ. ℂ Cõfirmaẽ.Tum qꝛ pari ratiõe diceẽ.ꝙ oẽs inclinationes in q̃buscũqꝫ potentijs ponantur circa vnã materiã cõstituent vnam virtutẽ:ꝛ ita in potẽtia executiua:ꝛ in appetitu exteriori.ꝛ in appetitu interiori.ꝛ in voluntate.ꝛ in intellectu est vna virtus moralis:qꝛ in oĩbus sunt inclinationes partiales circa vnã materiã. ℂ Tum ẽt quia omnes inclinationes que sunt circa diuersas materias morales videnẽ respicere hoĩem sicut vnũ perfectibile:ꝛ ꝑ cõsequens cõstituent vnã virtutẽ qd est absurdũ.

Dub^m 3^m

ℂ Tertio videẽ ꝙ dato ꝙ inclinationes multe cõcurrant ad vnã virtutem vna scilʒ in voluntate ꝛ alia in appetitu sensitiuo: nõ tamen iste cõcursus est per se.sed per accidens.Quando enim aliqua per se ꝛ essentialr vniunẽ ꝛ exigunẽ ad cõstitutionẽ alicuius:altero dempto nõ manet.Sed in aĩa separata manent virtutes in que nõ manent inclinationes appetitus sensitiui sed tñmodo volũtatis.Igiẽ ad essentiã virtutis moralis nõ facit per se vtraqꝫ inclinatio.

Resp^o. Ad p^m dubium.

ℂ Ad euidẽtiã ꝑme difficultatis est considerandũ ꝙ inter modos vnitatis positos a phõ(.5.meta.tex.11.)vnus est vnitas totalitatis.quẽ modus distinguiẽ ab vnitate cõtinuationis ꝛ ab vnitate simplicitatis.Unẽ Cõmẽtator ibideʒ cõmẽto.11.dicit.Differẽtia est inter vnum sm cõtinuationẽ ꝛ vnũ sm totum.quia vnuʒ sm totũ ꝛ ꝑfectũ nõ dĩ vnum sm continuationẽ partium.sed ꝑ suã formã.qꝛ nihil diminuiẽ ab eo.idest qꝛ habʒ oĩa que pertinẽt ad integrationẽ.Uerbi grã.Quia sotular dicĩẽ vnũ per suaʒ formã cõpletã nõ per cõtinuationẽ ꝑtiuʒ. Ex quo pʒ.ꝙ quãdo plura cõcurrũt ad aliqd vnuʒ dato ꝙ nõ sint habentia vnitatẽ simplicitatis vel cõtinuitatis.hñt tñ vnitatẽ totalitatis.sic ꝙ ista totalitas in indiuisibili consistit.Ita ꝙ non põt fieri additio vel diminutio quin mutetẽ nomen ꝛ diffinitio.Hec aũt vnitas nõ est alicuius ꝛ sufficit hec vnitas ad vnitatẽ quarũdã specieꝝ directe ordinabiliũ in predicamẽto.Oratio nãqꝫ que est mẽsura distincta syllabe longe vel breuis nõ hʒ vnitatẽ nisi totalitatis:ꝛ tñ poniẽ species qualitatis ꝛ idẽ est de numero.De hoc Cõmentator ibidem. ℂ Similr etiaʒ syllã hʒ vnitatẽ cuiusdã totalitatis quia cõsistit ex duabus ꝓpositionibus nec pluribus nec paucioribus.Et sm hoc in ꝓposito inclinationes iste.quaꝝ vna est in voluntate ꝛ alia in appetitu sensitiuo.ↄcurrũt ad vnã totalẽ inclinationẽ perfectaʒ ꝛ ad vnam totalẽ cõgruentiaʒ ad rectã rõnẽ.ꝛ ad vnuʒ totale bene esse ꝛ quale esse sm bñ esse. ℂ Ad formã igĩ difficultatis dico ꝙ iste due partiales inclinationes cõcurrunt ad vñe specificũ.sic ꝙ vna sine altera nõ hʒ nomen nec diffinitionẽ illius speciei que dĩ vtus. Et cũ addiẽ ꝙ vel ex istis fit res tertia aliqua cõstituta vel remanet solus aceruus ꝛ multitudo.Dicendũ ꝙ tertiã fieri põt intelligi.Uel per modũ mistionis sic ꝙ fiat vna res indiuisa cõflata ex ipsis cõstituentib⁹ nõ remanẽtib⁹ in actu ꝛ distincte.sed tñ in potẽtia sicut elẽta in misto:sic ipoſſe est ꝙ ex istis inclinationib⁹ partialib⁹ fit vna res tertia que sit vtus.Uel põt intelligi ista res tertia hñs vnitatẽ solũ totalitatis cõstitutis remanẽtib⁹ actu distinctis sicut est dictũ de oratione que est mẽsura distincta in ꝓlatione:ꝛ sic ↄcedẽdũ est ꝙ ↄstituiẽ res tertia que est vtus. ℂ Et cũ addiẽ.ꝙ talis totalitas vĩ aceruus. Nõ est verũ. Unitas nãqꝫ totalitatis cõsistit in rõne cuiusdã indiuisibilis:qꝛ in hoc nõ põt fieri diminutio vel additio.sm Cõmenta.5.meta.vbi supra. Unẽ si diminuaẽ vna ps nõ habeẽ totũ.aut si addaẽ hĩ aliud totũ.vnitas aũt aceruĩ nõ cõsistit in indiuisibili.imo aceruus vt aceruus nõ iportat formalr vnitatẽ.sʒ multitudinẽ ꝛ aggregationẽ. ℂ Et cũ addiẽ.de pari rõne totũ vniuersuʒ poteriẽ poni vna species in vno determinato predicamẽto cũ habeat vnitatẽ ordinis ꝛ totalitatis.Dicendũ ꝙ nõ est verũ.sed solũ cõcedendũ est in his que cõcurrunt adinuicẽ sʒ debitã ꝓportionẽ in quodã esse indiuisibili:ita ꝙ quocũqꝫ eorũ deficiente ipsuʒ nõ est tale.sicut ad vnã qualitatẽ que vocaẽ pulchritudo ↄcurrunt color/figura/ꝛ magnitudo.Unde ea que pertinẽt ad ꝑmã spẽm qualitatis nõ sunt forme simplices.

Ad scm dubium.

ℂ Ad euidentiã ſo scde difficultatis.sciendũ ꝙ cuʒ bonũ hoĩs ꝓpriũ cõsistat in esse rõnali sm diuisionẽ ꝑfectionis rõnalis opʒ ꝙ accipiaẽ diuisio boni humani. Est auteʒ q̃dã ꝑfectio rõnalis ex hoc ꝙ disponit ad actũ ratiocinandi ꝑ essentiã.Alia ſo ex hoc ꝙ disponit ad rõcinari ꝑ conformitatẽ ꝛ obedientiã.Unẽ duplex est rõnalis ꝑfectio. Quedã que dĩ cognoscitiua eẽntialr.Quedã ſo obeditiua ꝛ hoc totũ pʒ ꝑmo ethi.cap.9.Sic igiẽ ipoſſe est ꝙ cõcurrãt ad vnũ bonũ humanũ iste ꝑfectiones que sunt due ꝑme differentie que distinguunt bonum hominis sm rationeʒ.In homine ſo sunt duo que sunt opera nata recipere perfectioneʒ obedientialem.voluntas scilʒ ꝛ appetitus in obediendo:sicqꝫ adunantur ꝙ impossibile est vnum esse in perfecta obediẽtia rationis reliquo existente rebelli:ꝛ ideo cõcurrunt in ratione vnius apti nati obedire propter quod inclinationes vtriusqꝫ constituunt vnuʒ bonum rationis in esse obedibili.

Ad p^m

ℂ Ad primam igitur instantiam huius difficultatis dicendum ꝙ non est simile de perfectionibus ꝛ de potentijs nisi tñ in esse ꝑfectibili.Cũ aũt volũtas ꝛ appetit⁹ nõ sit vna po^a sm nãm in rõne tñ ꝑfectibilis obedibilis sunt vnũ perfectibile vt dictũ est:ꝛ ideo inclinationes vtriusqꝫ vnaʒ

faciunt obedibilē perfectionē. ¶ Ad id aūt qđ dr̄ scđo. Di-
cendū q prudētia in intellectu est bonū rationis quasi q̄dā
perfectio rationalis per essentiā. virtus vero moralis est tātū
modo rōnis per obedientiā. Propter qđ Auerrois sempe r
vocat virtutes morales virtutes obedientiales. Et ita pz q
sunt pfectiones diuersi generis ꝛ bonū rōnis diuersimode.
ppter qđ nō ꝯcurrunt ad vnū indiuisibile quale fm bonū
humanū. sed inclinationes. quarū vna est in voluntate alia
in appetitu sensitiuo ꝯcurrunt ad vnū perfectibile obediē-
tiale. Unde sicut nō cōcurrit ad sanitatē cōstitutiue medici
na que dirigit ad sanitatez. nec ad pulchritudinē speculum
(lz per ipsuz quis dirigat ad faciē ordinandā) sic nec prudē
tia cōcurrit ad virtutē cuius sit preceptiua ꝛ directiua respe
ctu eius. ¶ Ad pmā ꝯfirmationē dicēdū. q motiua nō est
obediens imediate rōni sed mediante volūtate ꝛ appetitu
que mouent ꝛ determinant potentiā executiuaz ad agere: ꝛ
ideo est capax virtutis obedientialis respectu rōnis. Ratio
nāqz mouet per modū finis ꝛ cuius gratia vt dr̄. 6. ethi. 3. ca.
ꝛ ideo nō mouet nisi p modū obiecti. Mouet igit voluntа-
tez ꝛ appetitū obiectiue: ꝛ iccirco in eis ponit virtus obediē-

Ad tertiā obiectionem.

tialis respectu rōnis: nō aūt in potētia executiua que nō mo
uetur obiectiue: nec ēt in appetitu exteriori. ¶ Et si dicatur
q nec etiā ratio mouet appetitū inferiorē: sed tm̄ virtus co-
gitatiua. Dōm ratio particularis mouet appetitū sensitiuū:
siue illa sit virtus cogitatiua (vt aliquibus visuz est) siue spe
ctet ad intellectū: intensiones eniz particulares mouent ap-
petituz. ¶ Ad scđaz cōfirmationē. dōm q lz omnes virtu-
tes morales sint cōnexe ratione vnius prudentie: nō tamen
cōnectunt in vnico actu simplici virtuoso sicut cōnectunt
voluntas ꝛ appetitus respectu vnius determinate materie.
Et iccirco he due inclinationes cōcurrunt ad vnā per se ra-

Ad tertiā obiectionem.

tionē virtutis indiuidualis: nō aūt inclinationes omnium
que sunt respectu oīum materierū moraliū. Et si dicatur q
vnus actus vnius virtutis nō elicit firmiter: vtputa iustitie
nisi coassistat alia virtus. s. castitas: qr non castus rōne pul-
chritudinis posset a iustitia deuiare. Dico q iuuat vtrūqz re-
mouendo phibēs: nō aūt elicitiue p se. Et per hoc pz ad cō-
firmationē qua dicebat q homo est vnū perfectibile p oēs

Ad tertiū Dubium

actus oīum moraliū virtutū: nō sic q sit per se vnitas: sz ma
gis cōnexio per modū remouentis omne prohibēs. ¶ Ad
euidentiaz vero vltime difficultatis: sciendū q perfectio dz
pportionari perfectibili. Sicut igitur aīa sepata nō est hō
perfecte sed est ps hōis: sic inclinatio remanens in aīa sepa-
rata in voluntate non est perfecte virtus moralis humana.
sed pars ipsius. Et per hoc pz q inclinationes que ꝯstituūt
vtutē moralē humanā inq̄tū humana est nō vniunt p acci-

Op. auct.

dens. imo per se. Et ideo instantia nō procedit. ¶ Sed vr̄
mihi q opinio de volūtate est pbabilior: ꝛ ad hoc sunt argu
menta supra articulo pmo post mediuz. Et hoc apparet. Qr
melius est fieri per pauciora q̄ per plura. Sed si ponantur
virtutes morales in appetitu sensitiuo vt sequatur rōnem ꝛ
determinet p eaz. eadez ratio remanet. Quare opz etiaz vir
tutes multiplicari ꝛ poni in appetitu intellectiuo. qr ꝛ ipse
est solū rōnalis per participationē ꝛ indeterminatus ad bo
num ꝛ malū sicut sensitiuus. Si vero ponant in appetitu in-
tellectiuo nō opz virtutes multiplicari hincinde. imo alis q̄
erit in intellectiuo poterit ordinare ꝛ determinare ipsum p
ꝛ ꝯsequēter mouere appetitū sensitiuū vt bene ꝛ recte agat.
ergo ꝛc. Minor pz exemplo sicut ponunt aduersarij q vir-
tus in appetitu sensitiuo existens mouet alias vires sensiti-
uas vt sequant eius inclinationē: ꝛ charitas mouet intellēm
vt bene iudicet ꝛ discernat. ¶ Item fortissima ratio que
cōmuniter ponitur q sunt in appetitu sensitiuo est hec. Qr
cum passiones sint in appetitu sensitiuo. ergo ꝛ virtutes. cuz
opposita habeant fieri circa idē. Sed positis oībus in itel-
lectiuo ista difficultas vitari pōt. igitur nō cogit. Probatio
mi. Quia priuatiue opposita habet accipi pportionalr sic.
q diuersimode in diuersis. Nunc aūt volantas de se est in-
determinata ꝛ malas pnitates ad sequenduz multa indiui-
bz sicut appetitus sensitiuus. Etiaz quedā passiones pnt ge-
nerari in voluntate sicut ꝛ in appetitu sensitiuo vocādo pas
siones vitia. Igit virtus moralis pōt poni in appetitu intel
lectiuo ad auferēdū eius priuationē que est indeterminata
ꝛ multe pronitates: ꝛ passiones multe. Sed hoc posito vo-
luntas virtuosa facta ipsa nata est redundare seu iprimere
aliquā impressionē in inferiorē appetituz ꝛ auferre vel mo
derari eius passiones. Igit positis in intellectiuo nihilomi-
nus saluabit q virtus ꝛ eius priuationes sunt circa idem lz
diuersimode. Erunt eniz virtutes quo ad essentiā ꝛ q̄ditа-
tem suā in appetitu intellectiuo expellentes eius indetermi
nationē ꝛ pronitates malas ad male agenduz ꝛ eius passio-
nes. ꝛ in sensitiuo erunt fm quasdaz redundantias aut ipres

Instantia Respō.

siones suas expellentes etiaz eius passiones. ¶ Dices. Tu
ponis passiōes in volūtate. qđ nullus posuit. ¶ Dico q po-
nēde sunt: ꝛ hoc vocādo passiones vitia ꝛ opposita virtutū.
Non enim pōt dari rō quare in voluntate nō possit gnari
ita hīi intemperātia ꝛ alia opposita virtutū sicut in iustitia
(sed hoc ponit cōis opinio) vel inimicitia respectu amici.
Probatio ma. Quia esse temperatū ꝛ intemperatum est in
potestate voluntatis. ꝛ subest eius electioni. sicut iustum ꝛ
iniustū. Sed voluntas pōt in omnē actū qui est in potesta-
te eius siue bonū. siue malum. igit ꝛc. Sed ex bonis genera
tur virtus: ex malis vitiū siue passio mala. igitur ꝛc. ¶ Con
firmat. Quia omne peccatū est voluntariuz. Sed opposita
virtutum sunt peccata. Igit in illa peccata potest volūtas ꝛ

Instantia

hoc quo ad substātiā actus. scilz intemperātiā ꝛc. ¶ Dices.
illas impressiones quas ponis iprimi in appetitu sensitiuo

Respō.

vocabo virtutes: ꝛ ita multiplicat hincinde. ¶ Rn̄deo p
q nō seqt. Lz em̄ ad gnōnē forme subalis cō secutiue causet
passio: non tm̄ seqt q passio sit forma subalis nec delectatio
est ipsa opatio ad quā seqt fm cōem opionē: sic nec illa im-
pressio erit virtus: sed q̄dā passio ꝯns eā. Secūdo specialr
pōt dici. q virtus est q̄dā pfectio absoluta de pma spe q̄lita
tis: ꝛ sic est actꝰ pmus ꝛ esse. Sed ille ipressiones causate in
appetitu sensitiuo nō sunt nisi q̄dā excitationes causate in
appetitu sensitiuo: sicut potentia intellectiua pmo excitatur
quadā excitatione ꝛ postea agit actū intelligendi. Excitatio
aūt que est passio in fieri nō est virtus que est actꝰ pmus. sic
nec excitatio causata in potētia est spēs: quare ꝛc. De hoc li.
2. dis. 23. arti. 4. ꝛ 3. lib. dis. 13. arti. 3. ¶ Qr aūt habitus exis
in vna potentia possit causare ipressionē in alia que sit sola
passio pz. Si eniz phantasia iudicet verū aurū eē auricalcū.
si intellēs p demōnē cōuincat q sit verū aurū corrūpet fal-
sa opīo q̄ fuit in phantasia: ꝛ tm̄ habitꝰ veridicus in itellectu
nō causabit habitū aliquē scientificū in phantasia: sed. sola
impressione corrumpet eius falsam estimationē ꝛ excitabit
ipsaz ad veraz. ¶ Item. In intellectu meo informato recto
dictamine habitus ille dictatiuus mouebit voluntatē ad se-
quendū eius iudiciū: ꝛ tm̄ nō iprimet volūtati habitū dicta-
tiuū vel directiuū. sed solū puocabit voluntatē ꝛ excitabit

Ad tertiā obiectionem.

ad sequendū eius ipressionē ꝛ directionez. ¶ Nec valet q
ex talibus ipressionibus tandē gnabit habitus. Quia dico
q nō est verū de illis actibꝰ qui se hñt ꝯsecutiue ad habitū.
vt habitus est pfectꝰ: sz est verū solū de illis que aliquo mō
faciunt ad pfectionē habitꝰ. Uerbi grā. Actus beatoꝝ non
generant habitꝰ vt cōiter dr̄. Immo consequit solū ad ha-
bitū glorie. Eodē mō actus intellēs adepti nō gnant habitꝰ.
Immo solū cōseqt speculatio fm illū hitū. ꝛ rō est pfectio
istoꝝ habituū: actus tm̄ viatoꝝ ꝛ intellēs in habitu generant
habitū vel augumētant: nō eniz sunt pfecti. ¶ Ad ppositū
habitus

habitus morales in volūtate existes sunt perfecti respectu partis sensitiue: et ideo ad illos vt pfecti sunt consequuntur in appetitu sensitiuo inclinationes recte et opationes: nō tñ oportet generari habitus. Argumēta que pbant q sunt in appetitu sensitiuo. soluuntur per hoc q pbant q sunt ibi vel sm quidditates suas. vel sm ipressiões suas: et illud 2m est verum. Hec est opinio Henri. quoli. 4. q. 22. Ubi ridet ad illud argumētū et alia. per ipressiones istas. Per idez possunt solui oia argumēta Aureo. que pbant q virt⁹ moralis nō cōstituitur ex diuersis inclinationibus que sunt in appetitu sensitiuo et intellectiuo. Cum enim dicit in pmo: q due virtutes nō possunt esse eiusdē materie etc. sit ita. Et quādo dicit in mino. q hoc sequitur etc. Dico q nō seqtur. Quia illud moderatiuū passionū qd ponit in appetitu itellectiuo erit virtus essentialr et quidditatiue: qd aūt ponitur in sensitiuo erit ipressio causata ab illa. Per idem pz ad 2m. Quando enim dicitur q homo sm vtrūqz appetitū est vnū pfectibile morale. Dico q verū est. sed ordinate ita q sm appetitū intellectiuū est pfectibile per virtutē sm eētiaz eius et per eius ipressionē sm appetitū sensitiuū. Ad 3m quādo dicitur: q oēs ille inclinationes ptinent essentialr ad virtutē vnaz a qua actus virtuosus coelicitiue depēdet. Dico q verū est loquēdo de illis inclinationib⁹ qbus actus virtuosus principalr est virtuosus. nō autē est verū de his qb⁹ pfrequēter et p redūdātiā vel ipressionē a pn'' act⁹ est virtuosus. Nūc aūt pn' act⁹ est virtuosus. p iclinationes q̄ causant in volantate per rectā electionez et rectū iperiū. q̄re etc. Ad quartum quando dicit moderatio tristitie vtriusqz appetitus concurrit ad virtutem moralem et eadem ratione inclinatio vtriusqz appetitus que sequitur talem moderationem concurrit. Dico q moderatio vtriusqz concurrit. sed non eodem modo. quia vna essentialiter et alia cōcomitāter et per impressionez a prima: et eodem modo est de inclinationibus. Ad quintum. Quando dicitur, remota inclinatione appetitus sensitiui conformi recte rationi non manet virtus. Uerum est quantum ad illud quod est essentialiter, et quantum ad illud qd est concomitanter et per redundantiam: manet tamen essentialiter: sicut homo ablato risibili. Secundo dato q isto vnico verbo nō soluerentur dicta eius: tamē alio verbo eque facili soluuntur omnia argumenta et reprobatur positio: et responsiones quas ponit ad argumenta contra ipsum. Quia iste diuerse inclinationes in diuersis potentijs existentes sunt vnum vnitate per accidens. Que enim subiecto distinguuntur non faciūt vnum per se. Sed virtus est vnum vnitate per se. Probatio. Genus enim qualitatis est vnum per se. Igitur quelibet eius species. Igitur iz possent facere vnum totum per accidens sicut multe syllabe inter se ordinate dictionem que est ens per accidens et multe pulchritudines: scilicet oculi, nasi, et faciei, faciunt vnam pulchritudinem que est vnuz per accidens resultans ex diuersis pulchritudinibus sm speciem: tamen virtutem que est ens per se non possunt cōstituere. Per hoc soluuntur omnia argumēta. In omnibus eniz argumentis preter illud quod ponitur oportet addere. q hoc qd assumitur vnum est. si cum assumpto stare possit vnitas vtutis per se. sed tunc deficiet mi. Per hoc etiaz patet q non respondent ad argumenta. Quia vnitas totalitatis est vnitas per accidens quando parte subiecto vel specie distinguuntur. vt patet de sotulari et oratione de quibus exemplificant.

Marginalia: Ad arg⁹ pme opi. — Ad pmū Aureo in 2⁹ ar. — Ad scdm — Ad terciū — Ad q̄rtuz — Ad qntū — Rñsio 2ª ꝯ Aureo.

Distinctio. XXXIIII. Questio. I.

Nunc de septem donis spiritus sancti agendum est, vbi prius considerandum est, an hec dona virtutes sint etc.

In dis. 34. agit magr de donis et btitudib⁹. Ubi cōuerqueritur. Utrū dona spūs sancti cum ipsis virtutib⁹ moralib⁹ et itellectualib⁹ sint idē.

Hic tria. Primo quō distinguuntur dona a virtutib⁹. 2⁰ quō virtutes distinguunt a beatitudinib⁹. 3⁰ quō beatitudines distinguuntur a fructibus.

Primus articulus. An dona spūs. s. distinguant a vtutibus moralibus et spūalibus. Ubi dico q virtus pōt accipi duplr. vno modo generalr. et sic dicitur virtus que habentē pficit et opus eius bonū reddit: et sic oia dona spūs sancti vocant virtutes. Et sic loqtur expresse auctoritas Ambro. quā allegat magister in pncipio isti⁹ distinctionis. quere ibi. Alio modo accipit virtus specialr vt virtutes distinguunt ꝯtra dona. Uerbi grā. Fortitudo que est virtus cardinalis distinguitur contra fortitudinem que est donū spūs sancti: et sm h in pposito est difficultas. Uñ dicunt quidā Luton q septē dona spūs sancti sunt idē habitus cuz septē virtutib⁹. Uerbi grā. sapiētia, scientia, et itellectus. sunt tres habitus itellectuales pcipui quas nominat Phs. 6. ethi. ca. 4. et cū his (vt dicunt) sm subam sunt idē. sapientia, scia, et itellectus. que sunt dona spūs sancti. Item. Quatuor sunt virtutes cardinales prudētia, iustitia, fortitudo, et tēperantia. et cū his vt dicunt sunt idē sm rez alia quatuor dona spūs sancti. Ita q donū consilij idē est q prudētia virtus. Donū fortitudinis idē q fortitudo vtus. Donuz pietatis idē q iustitia vtus. Donū timoris idē q hūanitas que est spēs tēperātie. Ista doctrina vt dicūt pōt haberi a Grego. pmo moraliū ca. 28. vbi septē dona appropriat septē virtutib⁹, trib⁹ itellectualibus. et quatuor cardinalib⁹: quere ibi. Sed dicunt q lz sint idē virtutibus acqsitis. dñt tñ ab his: qz virtutes acqsite non merentur dici dona spūs sancti sm se. sed tunc pcise merent dici dona cū habētur pfecte et cū fuerint charitate informate: et cū sic ordinētur ad nobiliores opationes et nobiliorē finē q̄ ordinentur sm q sunt acqsite. Contra. Ois actio noua terminat ad nouū effectū. Sz in infusione cuiuslibet doni spūs est inspiratio noua. Igit actio differt ab actione qua gñatur virtus moralis et itellectualis. Ergo quelibet vtus hic inde genita est diuersus effectus sm subam. P. Uirtutes supnaturales ita ꝯceduntur differre sm subam a virtutibus acqsitis. Uerbi grā. Eque bene cōcedimus fidē infusaz differre sm subam a fide acquisita sicut fortitudinē naturalē que vocatur robur corpis. differre a fortitudine que est virtus moralis. Sed dona spūs sancti sūt supnaturales vtutes. ergo etc. Itē. Illa dñt sm subam quorū vnū realr pōt separi ab alio. Hoc pz. per locū cui ab opposito pbat Phs. 4. meta. tex. cō. 3. q ens et vnuz sunt idē. Sed dona spūs sancti pnt separi: in aliquo eniz est timor in quo nō est ꝯsiliuz et sic de alijs. ergo. Itē. Effectus supnaturalis cui soluz corrñdet potētia obediētialis differt sz subaz ab effectu naturali cui corrñdet potentia nālis vt pz de amore nāli et charitatiuo. Sz dona spūs sancti sūt effect⁹ supnaturales. igit etc. Ad illud Gregorij qd allegat est dicendū q sm aliquas pprietates possunt dona appropriari septē virtutib⁹ nō tñ idētificari vel ꝯsubstantiari. Dico ergo. q fortitudo que est vtus moralis differt a fortitudine que est donū spūs sancti sicut differt charitas ab amicitia nāli et fides infusa. et simul sunt in anima sicut et ipsa. De cōmistione donorū quere pmo moraliū capi. 28. et per multa capitula. q̄re per totū.

Secundus articulus. An vtutes distinguant a beatitudinibus. Ubi di q cuz beatitudo sit idē q felicitas et felicitas cōsistit in opatione (vt pbat pmo ethico. ca. 8.) sequr q beatitudines sunt opōnes ꝯsequētes

Marginalia: Opio p⁹ — Argm p⁹ — Argm 2m — Argm 3m — Opio 2ª ꝯ arg⁹ prime opi. — Argm pm — Argm 2m — Argm 3m — Argm 4m — Ad terciū

ipsa dona spūs sancti. Et iste beatitudines p ordinē nūerāʳtur Mat.5. Opatio eni timoris est būliare se i spiritu: ꝛ h est qd̄ dī. Beati pauperes spū. Operatio sciētie est declinare passiones ꝛ cōcludere seinuicē. Et hoc est qd̄ seqtur. Beati mites. Operatio intellꝰ q est habitus pncipioꝝ est emūdari vsqꝫ ad speculationē principioꝝ ꝛ maxie dei: ꝛ hoc est qd̄ seqtur. Beati mundo corde. ca.7. Operatio sapie (vt habet 6° ethi.) est nō solū cōclusio scire. sed circa pncipia veꝝ dicere. sed ꝛ christi lex. cū luctu ꝛ penitētia passiones mūdanas cōcludit fugiēdas: ꝛ pncipia fidei cōtemplari: iō subditur. Beati q lugent. Operatio fortitudinis est aduersa pati ppter iustitiā. ꝛ hoc est qd̄ dī. Beati qui esuriunt ꝛ sitiūt iustitiam. Operatio consilij est dimittere vt sibi dimittaṫ. qd̄ ptinet ad pietatē: ꝛ de hoc seqtur. Beati misericordes. Operatio pacis est pacē facere: ꝛ hoc est qd̄ seqtur. Beati pacifici. ¶ Et est itelligendū φ alie beatitudines que sequuntur (vt Beati qui persecutionē patiunṫ ppter iustitiā. ꝛ Beati eritis cū vos maledixerint ꝛc̄.) nō appropriant̄ hic ad aliquod donū speciale sicut nec multe beatitudines que enūerantur in sacra scriptura. Qd̄ pꝫ. Primo qꝛ cū diciṫ. Beati q persecutionē patiunṫ ꝛc̄. ibi nō promittiṫ fruct⁹ specialis sed ille idē qui pmo promittebaṫ pauperi habēti donū timoris vtrobiqꝫ promittiṫ fructus: qm̄ ipsoꝝ est regnū celorū. Sed si eēt beatitudo specialis sibi debetur fructus specialis. ergo ꝛc̄. ¶ Itē. In beatitudine cū dī. beati eritis cū vos maledixerint: ibi nō promittiṫ aliqs fructus specialis sed generalis. Vn̄ subdiṫ in gn̄ali. Gaudete ꝛ exultate qm̄ merces vr̄a ꝛc̄. qd̄ nō eēt si ageret̄ ibi de spāli beatitudīe.

Opi. alis. **Tertius** articulus. An beatitudīes distinguanṫ a fructibus. Ubi cōmuniter dī. φ fructus est vltimū qd̄ expectaṫ: ꝛ vltimū s̄m quālibet opōnē est sua ppria delectatio vt habeṫ. 10. ethico. Fructus ergo distinguūtur a beatitudinib⁹. sicut pprie delectationes a pprijs operationibus. ¶ Contra. Ubi fructus sunt expressi in scriptura nō oportet illos fingēdo significare. Sꝫ euāgeliū respectu cuiuslibet beatitudinis assignat ppriū fructū corrñdentē per modū pmij nō solū p modū cuiusdā sequele (vt isti imaginaṫ) ergo ꝛc̄. Probatio mino. Pauperib⁹ assignaṫ regnū celorū pro fructu. Mitib⁹ possessio terre pmittit lugētibus ꝯsolationē. Esurientibus saturationē. Misericordib⁹ misericordie consecutionē. mundis corde dei visionē. Pacificis filiorum dei nominationem.

Reprobatur.

¶ Distinctio. XXXV. ¶ Questio. I.

¶ Post premissa diligēter considerandū est in quo differat sapientia a scientia ꝛc̄.

IN dis. 35. egit magr̄ de vita actiua ꝛ contēplatiua que sit nobilior. Et qꝛ christus determinauit istā qōnem inter Mariā ꝛ Marthā. iō pcedēdo de virtutibus moralibus que ptinent ad actiuam adhuc quero. Utrū in appetitu sensitiuo possit inesse a natura quedam medietas extremarū passionū que fieret virtus superuenīete prudētia.

Hic tria. ¶ Primo. Qꝛ a natura qbusdā insūt quedā extreme passiones vituperabiles ꝛ quedam laudabiles. ¶ 2°. An tales extreme passiones que sunt circa eādem mām. s. timor ꝛ audacia que sunt circa terribilia aliquādo reducanṫ ad mediā qualitatē quādā. ꝛ ꝯstituāt quādaꝫ inclinationē virtuosaꝫ in illo gn̄e moris sicut albedo ꝛ nigredo veniūt ad mediū ꝛ cōstituūt in genere coloris mediū colorē. ¶ 3°. An talis q̄litas vel habilitas media possit inesse a nā ꝛ fieri virt⁹ vel virtuosa superueniēte prudentia.

Primus articulus. An a nā insint quedam extreme passiōes laudabiles aut vituperabiles. Ubi sciendū est φ in appetitu sensitiuo sunt quedā habilitates ꝛ idoneitates naturalr̄ insite ex cōplexione puenientes sunt etiā qñqꝫ ex assuefactione. Hoc aūt per experientiā pꝫ. Qꝛ sunt aliq hoies iracundi ꝛ ex cōplexione sua proni ad irā. ꝛ aliqui timidi. aliq audaces. ꝛ sic de alijs. Consuetudo ēt īducit pronitatē cū sit altera natura. 7. ethi. cap. 14. ꝛ. 2. magnorū moraliū ca. 4. Auctoritas x° scripture docet hoc. Gen. 8. Sensus ꝛ cogitatio humani cordis pna fuit ad malū ꝛc̄.

Secundus articulus. An passiōes que sunt circa eādē aliqñ reducanṫ ad mediā qualitateꝫ ī illo gn̄e moris. Ubi dicit Aure. ī q̄li. φ sic. ¶ Sed vt magis elucescat ondit pmo h eē ipo̾e sic. Habilitas nāl̄is media iter habilitates que inclināt ad passiōes extremas semper inclinat ad mediū rei. Quod pꝫ. Tū qꝛ actus pportionatur suo pncipio ꝛ p ꝯn̄s habilitas media s̄m reꝫ nō inclinabit nisi ad passiōes medias s̄m rē. Tū qꝛ videm⁹ φ tepidū nō calefacit in summo nec infrigidat. sed semp medio mō moueṫ. Nūc aūt vtus in appetitu sensitiuo exn̄a nō inclinat ad mediū rei. sed ad mediū rōnis qd̄ aliqñ cōgruit eē extremū: s̄m reꝫ: qꝛ s̄m rectā rōnem decet aliqñ hoieꝫ multū irasci. aliqñ parū. aliqñ nihil. ꝛ vlr̄ taꝫ extremū q̄ȝ mediū s̄m rē in passionib⁹ s̄m diuersa tēpora fines ꝛ cās prudens determinat eliciēdū. Et p ꝯn̄s virt⁹ obedibilis que est in appetitu sensitiuo sequēs mediū ꝛ iudiciū rōnis aliqñ iclinat ad extrema passiōes s̄m rē. Igiṫ habilitas que est media īter habilitates iclinātes ad extremas passiōes nō pōt eē virtus nec econuerso. ¶ 2° sic. Inclinatio que est virt⁹ acqriṫ ex actib⁹ ꝛ assuefactione vt pꝫ. 2. ethi. ca. 1. Sꝫ habilitas acquisita ex actib⁹ nō est eiusdē coordinatiōis nec eiusdē generis cū illis habilitatib⁹ nālibus que ad extremas passiones inclināt. Nā ea que insunt a nā. ꝛ ea que sunt ex assuefactione nō sunt eiusdē ordinis. Igiṫ vt videṫ. vtus nō est habilitas media iter extremas habilitates aut eiusdē coordinationis cū eis. ¶ 3° sic. Virt⁹ est q̄litas media iter malitias extremas que sūt habit⁹ vitiosi. Sed nāles habilitates que sunt ad passiōes extremas nō sunt malitie nec habit⁹ vitiosi. cū tales habilitates a nā pn̄t iesse ꝛ qbusdā īsunt. malitie aūt nō insunt a nā: vt pꝫ. 2. ethi. capi. 1. In his. n. que a natura insunt nec laudamur nec vituperamur vt dī in. 3. ethico. ca. 8. Igiṫ virt⁹ nō pōt eē habilitas media iter habilitates extremas. ¶ Sꝫ istis nō obstātib⁹ dī ꝯtrū ad illud qd̄ pus. Qd̄ pōt multiplr̄ declarari. Primo sic. Illa q̄litas que est sanitas appetit⁹ media est inter habilitates iclinātes ad passiones extremas: tales nāqꝫ passiōes sunt egritudīes nostri appetitus. Qd̄ euidēter docet apostolus ad Ro. 7. Qui cū hōi iclinationes quas vocat legeꝫ mēbroꝝ repugnantē legi mētis. ꝛ q̄s ēt vocat habilitates in carne peccati. Et cū aliquādiu ingstiasset in fine capituli cōcludit. Infelix hō quis me liberabit de corpe mortis hui⁹. Per hoc innuens φ pnitates iste sunt egritudines que iducūt ad mortē. Vn̄ in fine ca. 6. dicit. Humanū dico pp infirmitatē carnis nostre. Carnē dicēs infirmā pp habilitates hō qbus iclinamur ad passiones extremas. Nūc aūt ly sanitas semp est mediū inter egritudies ꝛ eiusdē coordinatiōis cū eis: sicut pꝫ φ sanitas corporalis cōsistit in media pportione huōꝝ: exit⁹ autē ab illa pportione in magis vel minus. ꝛ ad diuersas extremitates sunt egritudines. Sꝫ cōstat φ virtutes sunt sanitates nostri appetitus ꝛc̄. ¶ Qd̄ virtutes sint sanitates pꝫ Isaie 58. cū loqueret̄ de virtutib⁹ ꝛ operib⁹ vtuosis. ꝛ diceret. Dissolue colligatiōes ipietatis dimitte eos q ꝯfracti sunt liberos. Frāge esurieti panē tuū. ꝯcludit. Tūc erūpet quasi mane lumē tuū ꝛ sanitas tua citi⁹ orieṫ. Per hoc ondēs φ virtutes que acqrunṫ ex actib⁹ sunt lumen. ꝛ sanitas appetitus. Phs ēt. 2. ethi. ca. 3. dicit. φ virtutes medicine sūt. Igiṫ virtutes sūt q̄litates medie ꝛ habilitates moderate existēs iter passiones

Opi. Aur.

Argᵐ pᵐ ꝯ ipsum.

Argᵐ 2ᵐ

Argᵐ 3ᵐ

Argᵐ pᵐ ad oppoᵐ.

Argᵐ 2ᵐ

passiones extremas.❡ 2° sic. Illa qualitas in qua nō est dī recte acqsitio. sed dī acqri ex intēsione vnius extreme qualitatis ⁊ remissione alterius. est per necessitatem mediam iter illas qualitates. sicut pȝ ꝙ ex remissione vnius hūoris ⁊ diminutione ⁊ intensiōe alteri⁹ statī segtur ǭlitas media que est sanitas: ⁊ pp hoc in sanitatē nō est directe motus vt pȝ. 7. physi. tex. cō. 17. Sed ẜm p̄hm ibidē in virtutes morales nō est directe motus. sed acqruntur transmutatiōe facta circa passiones pꝫ ꝙ vna passio diminuiṫ ⁊ alia itēdiṫ vt diē Cōmē. ibidē. cō. 19. ꝙ virt⁹ sit alys reb⁹ alterat. Uirtus eniȝ est pbibitio virtuosi a receptiōe passionū corporaliū. aut est receptio mō terminato. ⁊ quocūq; mō fuerit necesse est vt sequaṫ passionē. Et subdit. Si aūt v̄tutes fuerint in passione. sicut est verū. manifestū est ꝙ sequuntur alterationē. ipsa etiaȝ passio corruptibilis est per alterationē. Et cōcludit ꝙ existētia v̄tutis pfecte necessario segtur alterationē passionū. Igitur virtus nō est aliō ꝙ̄ quedā qualitas mediās iter habilitates extremas iclinantes ad passiones.

Argᵐ 3ᵐ

❡ 3° sic. Illa sunt in eodē genere ⁊ cōtraria que eidē subiecto vicissim insunt ⁊ mutuo se expellūt ⁊ i eodē subiecto incōpossibilia sunt. Hoc pȝ. Quia talia necessario sunt cōtraria ex diffōne ꝯriorum. cōtraria aūt sunt in eodē genere vt pȝ. 4. meta. tex. cō. 3. Sed habilitates extreme ⁊ virtus sunt in eodē subiecto ⁊ vicissim (.s. appetitu sensitiuo) ⁊ mutuo se expellunt. Nā in appetitu virtuoso nō pñt esse iclinationes ⁊ pnitates ad extrema aliogn tpat⁹ posset esse icōtinēs: posset eni hr̄e iclinationē ꝯriaȝ habitui tēperātie qḋ ē oino impole. Igiṫ necesse est ꝙ v̄tus ⁊ habilitates extreme sint in eodē gñe ⁊ in eadē coordinatiōe sicut forme ꝯrie. Cōstat aūt ꝙ nō sunt ꝯrie sicut extrema ꝯrietatis: imo talis est cōtrarietas ipsaꝝ habilitatū que sunt ad extremas passiones. relinguitur ergo ꝙ sint ꝯria sicut medium ꝯriatur extremis.

Argᵐ 4ᵐ

❡ 4° sic. ⁊ est ꝯfirmatio p̄cedentis rōnis. Inter duas qualitates que sunt extrema cōtrarietatis infra aliqḋ genus. non possumus reperire nisi vnā mediā qualitatē in eadē distantia ad illas: ꝗ̄uis eniȝ inter albedinē ⁊ nigredinē possint eē diuersi colores medij ẜm diuersos gradus distātie. in codeȝ tñ gradu est impole ꝙ reperiaṫ nisi vna spē's coloris. Sed inter habilitates extremas inclināntes ad passiones reperiṫ virt⁹ vt tenēs mediū in iclinando. Igiṫ nō pōt poni ꝙ virt⁹ ⁊ illa habilitas sint due res aut due ǭlitates: aliogn erūt duo media in equali distātia ad extrema cōtraria: qḋ est īpossibile.

Argᵐ 5ᵐ

❡ 5° sic. Uirtus generaṫ in appetitu sensitiuo ex passionib⁹ medijs recta ratione regulatis. vt pȝ. 7. physico. tex. cō. 20. ⁊ 2. ethi. ca. 5. Sed cōstat ꝙ passiones regulate ⁊ ad mediū redacte extremas habilitates diminuūt ⁊ mediā habilitatē iducunt: qꝛ ex actib⁹ silibus dispōnes siles relinquunṫ in subiecto. ex extremis quedā extreme. ⁊ ex medijs medie. Igiṫ habilitas media que gñatur ex passionib⁹ medijs in appetitu sensitiuo nō erit aliud ꝙ̄ virtus disponēs ⁊ iclinās postmodū appetitū ad siles passiones.

Ad argᵐ pᵐᵐ. Ad pᵐᵘᵐ

❡ Rñdent igiṫ isti ꝙ nō p̄cedunt rōnes pbantes oppositū. Prima siquidē nō. Habilitates eniȝ iste cū sint in appetitu sensitiuo q̄ moueṫ ab obiecto ⁊ nō elicit actū suum actiue. opȝ eē dispositiones iclinantes nō qdem actiue. sȝ tñ passiue. eo modo quo leuitas in sphera inclinat ipsaȝ ad facile mouēduȝ. Nunc aūt sic est ꝙ mediuȝ facile trahiṫ ad extrema. ⁊ ideo appetitus existēs sub humilitate extrema ad irā cū difficultate mitesceret ⁊ traheret ad mititatē. Et silr ecōuerso. extāns tñ sub hūilitate media facilr traheret ad vtrūq;. Et ratio hui⁹ est qꝛ mediū ⁊ si sepatur actu ab vtroq; extremoꝝ: est tñ vtrūq; in virtute: ⁊ quāto magis reduciṫ ad mediū tāto facilius traheret ad extremū. Uidemus autē ꝙ mediū qḋ nō hȝ sensibilē ad actum tepidū nec ifrigidat nec calefacit sensibilr. aut parū mouet. Ad ppositū igiṫ dicendū ꝙ habilitas media extāns in appetitu sensitiuo disponit ipȝ vt faciliter trahaṫ ad extrema passionū ⁊ ad quēcūq; gradū put erit a rōne dictatū. ⁊ i h̄ ꝯsistit mediū rōnis: nō icludat aūt sensibilr. aut modicū motū facit ad aliquē gradū passionis. sed quāto se habet magis idifferēter ⁊ quāto dispositio illa magis cōsistit in medio. tāto appetitus est magis obediēs rationi ⁊ minus rebellat. Propter qḋ talis habilitas est virtus obedibilis ẜm Auerro. 1. ethico. in fine. Et pp hō seque, strationē appetitus a rebellione quā facit hec qualitas stoici putauerunt virtutē eē ipassibilē. Non est aūt verū ẜȝ magis mediocritas. vt supra visuȝ est ex dicto Cōmen. 7. phy. cō. 19.

Virt⁹ q̄re dicat a stoicis ipassibilis.

Ad 2ᵐ sc̄dm

❡ Nō p̄cedit ēt 2ᵃ rō. Qꝛ modi acqrēdi diuersificāt spēm. Unde nō est incōueniēs qualitatē illaȝ que acqritur ex ꝯsuetudine esse eiusdē gñis ⁊ coordinationis cū habilitatibus illis extremis que insunt hoībus a natura. Precipue qꝛ ꝯsuetudo est altera nā. 7. ethico. ca. 4. ⁊ ma. mora. cap. 4°

Ad tertiū

❡ Et qꝛ act⁹ qui sequunṫ habilitates sunt apti nati icēdere illas habilitates aut diminuere (sicut pȝ in iracūdis naturaliter qui fiunt iracūdiores) nō p̄cedit ēt 3ᵃ rō. nā habilitates extreme nō habēt rationē habitus vitiosi nisi prout induunt cōceptū copulatū respectu incōgruentie ad rectā rōnem. Lȝ igiṫ sint vitia quedā nālia prout insunt a natura ⁊ rōnem p̄ueniunt. nō tñ sunt vitia moralia nisi put accedit ꝯsensus rōnis. Et silr dicenduȝ de habilitate media. Cū aliquis habeat eā a nā nō est virt⁹ p̄ncipalis siue moralis. sed tñ nāli eā adueniēte tñ vsu ⁊ cōcordia rōnis efficieṫ virtus moralis (vt dicit Phs. 6. ethi. cap. 17. ⁊ magnorū moraliū ca. 5. ⁊ mag̃ infra patebit) ⁊ ita ꝯformiter habilitates extreme sunt malitie. morales aut vitia naturalia ⁊ habilitas media est virtus moralis vel naturalis.

Tertius

articulus. Ubi queriṫ ēt dato ꝙ talis qualitas media insit a nā an iduat rōnē v̄tutis moralis adueniēte sola prudētia ⁊ rectitudine rōnis nulla alia mutatione facta in ea. Uel facta pditione vel diminutione ex ꝯsuetudine si cōtingat illa declinare ad alterū extremorū. Uel nullo modo aliq̄ habilitas que insit a nā possit fieri virtus.

Oplo pᵃ. Argᵐ pᵐ

❡ Uideṫ eniȝ ꝙ realitas virtutis totalr gñeṫ ex actib⁹ ⁊ nihil qḋ insit a nā transeat in v̄tutē. Qꝛ diuersa efficiētia ⁊ diuerse cāe iducunt diuersos effect⁹. Sȝ nā ⁊ ꝯsuetudo sunt diuerse cāe ⁊ alteri⁹ rōnis. Igiṫ realitates habit⁹ que p ꝯsuetudinē acqruntur. sunt alterius rōnis a qbuscūq; realitatibus que insunt a nā. Nō igiṫ mansuetudo aut liberalitas que inest aliqbus hoībus a tota cōplexione pōt trāsire in mansuetudinē aut liberalitatē moralē: sed dīnt oino realr.

Argᵐ 2ᵐ

❡ P̄. Inclinatiōes distinguunṫ penes formales rōnes eorū ad que inclināt. Sȝ mā̄suetudo / clemētia / ⁊ liberalitas cōplexionalis iclināt. quatenus sunt delectabiles ẜm cōplexionē ⁊ appetitū ⁊ sensitiuā apprehensionē: put autē sunt virtutes morales iclināt ad act⁹ prout sūt delectabiles ẜm rectā rōnem. Inclinari aūt ad aliqḋ prout est ꝯueniēs rōni. ⁊ iclinari ad idē prout est cōueniēs sensui ⁊ cōplexioni est formalr diuersuȝ ⁊ alterius rōnis. Igiṫ nullo mō hec inclinatio ⁊ illa possent esse idē realr.

Argᵐ 3ᵐ

❡ P̄. Inclinationes opposite nō icidunt in idē realr. Sed liberalitas cōplexionalis opponiṫ liberalitati morali. qñq; eniȝ recta rō dictat nō dandū. ⁊ moralis liberalitas inclinat p ꝯñs ad nō dandū. ⁊ tñ quātū est ex cōplexione homo inclinaṫ ad dandū. Igiṫ in liberali ex cōplōne ⁊ assuefactiōe videṫ realr differre he due liberalitates. ⁊ p ꝯñs nāl̄ habilitas nō est virtus moralis.

Oplo 2ᵃ Guido. Virt⁹ nāl̄ pōt effici moral̄ icl lectu suꝑueniente.

❡ Sed his nō obstātibus diciṫ ꝯriuȝ cū Phō ꝙ habilitates medie nāles pñt iduere rōneȝ virtutis sola prudētia ⁊ solo vsu acqsito in intellectu. Habilitates ēt extreme p diminutionē ⁊ additionē ad mediū redacte etiaȝ induunt rōnem virtutis moralis p hoc ꝙ efficiunṫ cōgruentes recte rōni. ❡ Hec ēt est mens Phi in 2° moraliuȝ ca. 5.

qui sic dicit. Nõ (sicut putãt aliq) rõ dux est ⁊ ꝑncipiũ virtutis, sed magis passiones. Opꝫ eniꝫ ad bonuꝫ quendã motuꝫ irrõnalem ꝑmũ fieri deinde rõnem posteri⁹ supuenientẽ ⁊ discernentẽ. Uidebit autẽ vtiq; qs ex pueris absq; rõne viuẽtibus: in his eniꝫ absq; rõne fiunt motus passionũ absq; rõne ad bonũ ꝑsens. deinde rõ posterius supueniẽs ⁊ cõnumerator existẽs facit operari bona: pp qd magis ꝑn⁹ videtur ad virtutẽ passio bene disposita q̃ rõ. hec ꝓhs. Ex qbus pꝫ ꝙ illa inclinatio que est ad bonũ in pueris ſm ipꝫ fit virtus moralis iã sola rõne ⁊ prudẽtia supueniẽte ꝑ modũ eius cõnumeratoris ⁊ dirigẽtis. Siľr idẽ pꝫ. 6. ethi. capi. 17. vbi mouet hanc qõnem. ait eniꝫ. Oẽ oibus videnť inexistere virtutes aliqualr a natura. Eteniꝫ iusti. ⁊ temperati. ⁊ fortes, ⁊ alia habemus ꝯfestim a natiuitate. Et infra Si aũt accipiat intellectũ in operari differt: habitus eniꝫ simul existens tunc erit ꝓprie virtus. Et cõcludit. Qz cũ sint due virtutes vna nãlis ⁊ alia ꝑncipalis siue moralis nõ fit sine prudẽtia. Ex quo pꝫ ꝙ est de mente sua ꝙ virtus nãlis solo itellectu adueniẽte tãq; directore ⁊ cõnumeratore efficiť virt⁹ moralis. ¶ Rõne ẽt idẽ pꝫ. Est eni pũctus inq̄sitionis. An illa nãlis habilitas media possit eẽ imediatũ fundamentũ partiale eo modo quo dictuꝫ est in qõne ꝑcedenti respectu cõgruentie ad rectã rõnem. vel exigať aliqua alia realitas absoluta acq̄sita ex actib⁹ super quã fundeť. Et sic itelligendo ꝓbo ꝙ talis habilitas media si insit alicui a nã solo visu adueniẽte in itellectu ⁊ conformi iclinatione acq̄sita ꝑ consuetudinẽ in volũtate induit rõnem virtutis aut saltẽ trãsibit per intensionẽ vel remissionẽ si declinet ad alterũ extremorũ. Hoc sic ꝓbatur. Qz si requireť aliq̃ qualitas media ⁊ habilitas media in appetitu distincta a priori. Aut oporteret poni illã ꝓpter modũ acq̄rendi. qz illa. s. a natura. ista vero ex actibus. Aut pp modũ obediẽdi. qz illa facit obedire appetitũ apprehensioni nãli. hec aũt apprehensio in rõnali post discursuꝫ. Sed ꝑmũ nõ ipedit. Tum qz modus existẽdi a natura vel per acquisitionẽ nõ variat spẽm qz ꝯsuetudo est altera nã. 7. ethi. ca. 14. ⁊ 2. magnorũ mora. ca. 4. Tũ qz actus ꝓcedentes ex habilitate intendant ⁊ cõstat ꝙ virtutẽ generant. Igiť habilitas prior fuit virtus. Scdm ẽt nõ ipedit: qz apphensio intells cõponentis que mouet est eiusdẽ rõnis i mouẽdo: siue insit itellectui practico subito ⁊ sine ꝯsilio. siue eidẽ ꝑ ꝯsiliũ ⁊ discursuꝫ (sicut pꝫ. 3. ethi. ca. 10. ꝙ virtus magis appet in repẽtinis) ⁊ ita eadẽ habilitas q̃ reddebat appetitũ obedientẽ apprehensioni intells practici nãli faciet ipsum obedientẽ apprehensiõi itellectus practici discursiue ⁊ iudicio consiliatiuo. Et ideo ꝓhs. 2. magno. moraliũ ca. 4. dicit ꝙ ratio supueniens fuit cõnumerator passionis. Igiť nõ apparet qualr habilitas nãlis nõ possit trãsire in rõnem virtutis. ¶ Confirmatur. Tuꝫ qz habilitates extreme induũt rõnem vitij adueniẽte ꝯsensu habituato in volũtate ⁊ iudicio imprudẽtie in itellectu. Tuꝫ qz ꝯstensuꝫ est supra ꝙ virt⁹ est habilitas media iter habilitates extremarũ passionũ: ⁊ per ꝯñs sicut ille possunt induere rõnem icõgruẽtie ⁊ transire in rõnẽ virtutis: sic ⁊ habilitas media si insit a nã in rõnẽ v̾tutis. Et iterũ seq̄reť ꝙ in eodẽ appetitu eẽnt due habilitates medie eque distãtes ab eisdẽ extremis qd ꝯñsum est supra fore ipossibile. ¶ Rñdetur aũt ꝙ nõ ꝓcedunt rõnes superi⁹ inducte. Prima siqdem rõ nõ. qz in habilitatib⁹ est reciprocatio. Nã habilitates que insũt a natura sunt ꝑncipiuꝫ respectu earũ que insunt ex cõsuetudine ⁊ illas habilitates gñant ⁊ intẽdunt. Et qz habilitates ex ꝯsuetudine genite etiã in agẽdo nõ ꝯtrianť illis que insũt a nã. sed ad ꝯsimiles actus inclinant iccirco stant sil. ¶ Ad 2ᵐ dicendũ. ꝙ habilitas naturalis inclinat ad actũ sub rõne boni cõgruentis nature hois ſm dictamẽ intells practici que mouet intellectũ sine discursu ⁊ sine cõsilio. virt⁹. Ao

Ad primũ arg͂ᵐ ꝑme opionis.

Ad scdm

ad idẽ iudicatũ post consiliũ ⁊ discursuꝫ. Et ita pꝫ ꝙ bonuꝫ rõnis vnũ ⁊ idẽ est: qz discursus ꝑmus vel nõ ꝑmus nõ faċ variationẽ duꝫ tñ in fine sit idẽ iudicatũ. ¶ Ad 3ᵐ dicẽdũ ꝙ inclinatio nãlis pro tãto est inclinationi virtutis opposita pro quãto declinat ad alteruꝫ extremũ. ⁊ ꝓpter hoc talis nõ est ꝑfectio media: ⁊ ideo si debeat induere rõnem virtutis oportet ꝙ per actus ꝯsuetudinarios ad mediũ reducať. Hec Guido in quolibeto. 3. q. 10.

Ad tertiũ

¶ Distinctio. XXXVI. ¶ Questio. I.

¶ Solet ẽt queri vtrũ virtutes ita sint sibi ꝯiuncte vt separiꝫ nõ possint possideri ab aliquo/ sꝫ qui vnã habet omnes habeat ⁊c̃.

Circa dis. 36. q̄riť. vtrũ prudẽtia vnit ⁊ connectit oẽs virtutes morales. Hic Guido in quoli. 3. q. 10. sic procedit. ¶ Primo ostẽdit ꝙ est vna prudẽtia respectu omnium virtutum moralium. ¶ 2° qꝫ vna serui ⁊ dñi. ¶ 3° ꝙ est vna monastica iconomica ⁊ politica.

Primus arti An sit vna prudẽtia respectu omniuꝫ virtutũ moraliũ. Ubi intelligendũ ꝙ hic loqur de vnitate prudẽtie ſm suã rõnem specificã. que in vno ⁊ eodẽ simul existẽs est vna numero. Qd ꝓbat nã ſm ꝓhm. 6. ethi. ca. 6. prudẽtia accipit ꝑncipiũ a fine. ¶ Tunc arguit, illa prudẽtia respectu oium illorũ cuius formale ⁊ ꝑ se ꝑncipium est vnũ. est vnius rõnis: ista pꝫ: qz principiũ ꝑmuꝫ ⁊ ꝑ se adeq̄tũ cõsidet habitui ex ꝑncipio tali deducto. Sed respectu oium moraliũ virtutũ est vnũ per se ꝑncipiũ ꝯsiderationis. qz vnus formalis ⁊ gñalis finis ex quo per se sumiť ꝑncipiũ ꝯsiderationis prudentie. qz videlicet bene eẽ ſm rectã rõnem: ita ꝙ si multis modis ꝯtingat habere hoiem esse ſm rectã rõneꝫ. oẽs illi modi (. s. tẽperantie/ iustitie/ fortitudinis/ ⁊ sic de alijs) accipiũt rõnem ab hoc fine ⁊ in hoc oẽs ꝯueniunt. in vno ꝑncipio ꝯsiderationis. s. ꝙ faciunt ad bene eẽ hominis ſm rõnem. Igiť a fine prudentia sumens ꝑncipiũ ꝯsiderationis re⁹ oium virtutũ moraliũ quorum fines sub hoc fine cõtinenť vna erit. ¶ P. ſm ꝓhm. 6. ethico. ꝑ tãto oẽs virtutes morales cõnectunť prudentie. qz q̄uis aliq possint habere a nã aliques inclinationes ad aliq̃s v̾tutes morales (vt aliqs ad libalitatẽ vel fortitudinẽ) iste tñ nõ sunt virtutes absq; directiõe ⁊ visu recte rõnis. qz ex tali iclinatione sic inclinareť ad dandũ semper vel aggrediẽdũ sic ꝙ nõ discerneret tẽpus vel locũ quando ab his deberet cessare. Et iõ opꝫ ꝙ a prudentia habeat qñ deꝫ ⁊ qñ nõ: ⁊ vt opꝫ ⁊ ſm ꝙ opꝫ. Ita ꝙ ad hoc req̄riť rectũ iudiciũ rõnis. sed hoc nõ põt fieri nisi vni existẽti prudẽtie oẽs morales coexistãt. Qz impoſſe est. ꝙ qñ aliqua sic se habẽt ꝙ d̾ vno nõ põt haberi rectũ iudiciũ nisi certũ iudiciũ de alio hẽať ꝙ sit ꝑfecta virt⁹ iudicatiua vnius nisi sit ipa eadẽ iudicatiua alteri⁹ aľs nõ eẽt virt⁹ recte iudicatiua. Sꝫ nõ põt prudẽtia recte iudicare d̾ actu tẽꝑãtie nisi recte iudicet de actu fortitudinis. Pono eniꝫ aliquẽ tẽperatũ ⁊ tñ nõ habere rectũ iudiciũ fortitudinis. ⁊ ex passiõe timoris iudicabit nullo modo moriendũ ⁊ ex hoc nõ iudicabit de actu tẽperantie. quia ex timore iudicabit ꝙ non est moriendum. Igitur male iudicabit de actu temperantie. Ergo vna ⁊ eadem prudentia erit omnium istorum iudicatiua ⁊ directiua. Unde Philosophus dicit. 6 ethico. cõcludendo. Simul eniꝫ prudẽtie vni existẽti oẽs fuerũt. ¶ P. Quãdocũq; aliqua duo cõparanť adinuicẽ necesse est ꝙ simul ⁊ ab eodeꝫ vtrũq; apprehendatur (vt patet. 2. de anima tex. commen. 146. ⁊ 149.) quia impossibile est ꝙ intellectus aliqua simul compares vel eorum habitudinem comprehendat gñ vtrũq; illorũ apphendat. Sed cõtingit virtuosuꝫ frequẽter

Arg͂ᵐ ꝑᵐ

Prudentia oĩ vna oiuꝫ moraliũ.

Arg͂ᵐ 2ᵐ

Arg͂ᵐ 3ᵐ

cõparare

cōparare actus pluriuz virtutū fm prudentiā. Verbi gr̄a. Occurrit actus fortitudinis .s. q̄ inimici inuadūt ciuitatem occurrit pater pascendus. Ipsi hos actus simul iudicat. qs eorū fm rectā rōnem est magis psequendum. ⁊ prefert fm rectū iudiciū prudētie bonū ciuitatis. bono patris vt exeat ad defensionē ciuitatis. Igit̄ vnica prudētia ad istos actus

Arg^m 4^m

pluriū virtutū se extēdit. ¶ P̄. Habitus nō plurificantur fm spēm pp̄ter distōnem obiectorū materialiū ꝯtentoruz sub vna rōne formali vt q̄uis sub sciētia metaphysice sint plura ꝯsiderata .s. suba ⁊ accidēs. tñ q̄ oia sub rōne entis cōsiderantur vel q̄ oia attributionē hñt ad vnū, ideo non est plures. sed vna sciētia ⁊ habit^9 vnus. 4. meta. tex. cō. 4. Similiter q̄uis in medicina multa sint ꝯsiderata puta diuersa mēbra hominis ⁊ diuersa cōcurrētia ad sanitatez. nō variatur tñ per se habitus medicine: vt formalr̄ dicat̄ alia medicina vni^9 mēbri ⁊ alia alteri^9: imo vna ⁊ eadē hz p obiecto sanitatē totius hōis includentis hōiem fm oēs ptes. sed prudētia q̄uis sub ea multa cōsiderētur agibilia ⁊ bona partialia hominis: puta bonū tēperātie. bonū fortitudinis (que sunt quedā partiales hōis sanitates) tñ oia hec cōsiderat ⁊ dirigit ac mēsurat sub vna formali rōne .s. fz q̄ ꝯueniūt in bono hōis totius ita q̄ prudētia lz consideret ⁊ dirigat partiale bonū hominis .s. tēperātie: tñ p̄mo respicit totū bonuz hōis cōnectens oia partialia bona. Vñ Ph̄s. 6. ethico. capi. 6. dicit. Videt̄ aūt prudētis posse bene consiliari circa ipsa bona ⁊ conferētia. Nō fm nō partē puta qualia ad sanitatē vel fortitudinē. sed ad bene viuere totū. Ubi Cōmē. cō. 6. vel capi. 6. dicit. Qz q̄ multa sunt bona talia ⁊ ꝯcludit aliquē esse directū circa aliqd̄ bonorū (puta circa fortitudinē cōtingit aliquē circa plura vel oia) ideo dicit nō fm partez sed ad bene viuere totū. Unde si quis soluz consiliat̄ bene de his que sunt ad sanitatē nō dicemus eum simplr̄ prudētem. sed eum qui consiliat̄ recte ad oia que ipsi conferētia fm totū bene viuere: siue sint aīalia. siue corporalia. siue exteriora dicimus simplr̄ prudentē. Igit̄ respectu oium que faciūt ad bene esse ⁊ viuere hōis existentiū in potestate nr̄a

Arg^m 5^m

est vna prudētia. ¶ P̄. Ut pz. 2. ethi. capi. 3. virtus est circa difficile. Unde fm diuersas formales difficultates ponunt̄ in mā morali diuerse v̄tutes. Et q̄ appetitus aliaz formalr̄ hz difficultatē circa passiones insurgētes ex delectabili fm tactum ⁊ gustū: ⁊ aliaz difficultatē circa timorē ⁊ audaciā: ⁊ aliā circa reddere ⁊ dare bona exteriora. Ideo ad rectitudinē ponunt̄ circa materiā moralē ⁊ bene esse hōis plures v̄tutes morales ⁊ appetitiue. Et silr̄. Qz est alia difficultas intellectus circa scibilia fm eoꝝ rōnes vles ⁊ necessarias: ⁊ alia fm q̄ res sunt cognoscibiles cū executiōe ad opus. Iō ponit̄ alia virtus sciētia ⁊ alia virtus cognoscitiua: ⁊ operatiua .s. prudētia vel ars. Sed respectu oium agibiliū nō hz intell's aliā ⁊ aliā difficultatē in cognitione veri. q̄ fm totā mām moraliū habet pro formali obiecto fm q̄ facit ad totū bene esse hominis: ex habitudine enim cuiuslibet agibilis ad bonū hominis in ordine ad vltimū finē ꝯcludit̄ qd̄libet agibile esse agendū. Igit̄ stāte distinctiōe virtutū moraliuz est respectu finis ⁊ actus oium virtutū moraliū vna prudentia oium directiua. ¶ Ex dictis pōt patere q̄ q̄uis oium agibiliū sit vna prudētia: nō oportet tñ q̄ oium factibiliū sit vna ars: q̄ ars nō habet respectu factibiliuz vnam rōnem quā p̄mo itendat sicut prudētia respectu agibiliuz.

Ars vna nō est respectu oium factibiliuz sed agibiliū.

Non enim ars in faciēdo calceū respicit per se nisi pedez ⁊ figurā pedis: ⁊ in faciēdo capuciū nō respicit nisi figurā capitis absq̄ relōne ad aliud. Ideo distinctarū partium hōis pn̄t esse distincte artes factiue artificiatorū ptinētiuz ad diuersas partes hominis. nō sic de prudētia que respicit totū bonū hominis ⁊ partialia in ordine ad totū. Unde prudentia vna exn̄s ⁊ directiua oium virtutū moraliū ⁊ eis modū ⁊ mensurā iponit. ¶ P̄. Aut prudētia est vna respectu oiuz virtutū moraliū aut nō. Si sic. habet̄ ppositū. Si nō. pala q̄ alia est prudētia fortitudinis ⁊ alia tpantie. Cōtra. Prudētia fortitudinis est. vt recte cōuenienter se habeat appetitus circa delectabilia. gustus ⁊ tactus. Ita q̄ iudicat q̄ sic appetitus fortitudinis ferat̄ in delectabile vt nō exeat mensurā rōnis. Sed hoc nō pōt recte facere nisi recte se habeat iudicādo circa timores ⁊ audacias. q̄ ei^9 iudiciuz qd̄ habet circa delectabilia trahit̄ ex motu passionis. Igit̄ illa que recte iudicat de delectabili est illa que recte iudicat de timore ⁊ audacia. Unde pro tāto fm Ph̄m. 6. ethi. capi. 6. Imprudentia non est obliuio. q̄ ipsa vna est circa mām omnium moralium que quotidie occurrunt ad vitam hominis ⁊ circa ea quotidie se exercet.

Secundus articulus. An vna sit prudētia dn̄i ⁊ serui. Et videt̄ q̄ nō. ¶ Nā Ph̄s. 1. politi-

Arg^m.

corū ponit seruū a natura cui est defectus rōnis. Unde sibi expedit vt a prudētia dn̄i dirigatur. Et lz vt Ph̄s dicit. seruus modicū vigeat rōne ⁊ itellectu. tñ q̄ in eo est rō ⁊ irrationale (.s. itell's ⁊ appetitus sensitiuus) ideo opz in eo ponere has virtutes. Unde Ph̄s p̄mo politicoꝝ dicit. Posuim^9 autē ad intra vtilem esse seruuz. quare palam q̄ virtute indigebit ⁊ parua ⁊ tanta. vt neq̄ pp̄ter timiditatē neq̄ pp̄ter intēperantiā deficiat ab opēribus. Et videt̄ velle ibi Ph̄s q̄ viri ⁊ mulieris nō sit eadē virt^9 ⁊ domini ⁊ serui. Unde dicit q̄ nō est eadem virtus viri ⁊ mulieris. Mulieri eniz ornatū p̄bet silentiū sed viro nō hoc. ¶ Et 3° politicorū in p̄ncipio dicit. q̄ mulieris virtus est seruare. viri autē acquirere. Et prudētia pp̄ria virtus p̄ncipis sola. als aūt videtur cōueniens esse necessariū subditorum ⁊ p̄ncipum. subditi

Rñsio.

autē nō est virtus prudētia sed opinio vera. ¶ Sed dico q̄ dictū Ph̄i est sane intelligendū. Non enim pōt intelligi ista alietas v̄tutis fm spēm. q̄ vt dicit alie virtutes (.s. tēperantia, fortitudo, ⁊ iustitia) sunt cōmunes ⁊ eedē in subdito ⁊ principe. Sed constat q̄ eedē virtutes morales cōnectuntur in eadē prudētia. Igitur cū ponātur eedē virtutes in domino ⁊ seruo necessariū est ponere eādem virtutē prudentie in dn̄o ⁊ subdito. ¶ P̄. Ubi est po^9 eiusdem rōnis ⁊ re^9 obiecti eiusdem rōnis ⁊ mensura. seu regula eiusdez rōnis. oportet ponere virtutes eiusdē rōnis. Sed in viro ⁊ muliere domino ⁊ seruo est potētia eiusdē rōnis q̄ appetitus sensitiuus in eisdē est eiusdē rōnis. ⁊ sicut ad hoc q̄ bene se habeat appetitus circa delectabilia sensus ponit̄ medius habitus fm mensurā rōnis in viro ⁊ domino. sic silr̄ in muliere ⁊ seruo. Unde tēperātia in muliere ⁊ seruo est eiusdē rationis subiecto ⁊ obiecto cū tēperātia viri ⁊ domini. Et silr̄ de alijs v̄tutibus moralibus. Quia est in appetitu sensitiuo ⁊ respectu delectabilis fm gustū ⁊ tactū. ⁊ hz mēsurā eiusdē rōnis. q̄ rectitudo rationis talis actus sit fm q̄ recta ratio iudicabit .s. vt oportet ⁊ fz q̄ opz. Quādo igit̄ virtus in eis est eiusdē rōnis. nec variatio que est in aliqua circūstantia semp facit varietatē eēntialez in virtute. Immo fm Ph̄m pro tāto in virtutibus est mediū rōnis ⁊ nō rei. q̄ nō eodē modo sumit̄ in oībus. Ut qd̄ est multū vni est paucū alteri vt nimis Magistro gigasioꝝ comedere duas mensuras. Et esset modicū Niloni. Unde ex hoc nō variat̄ in talib^9 essentialr̄ virtus quin in Nilone plus comedēte ⁊ alio minus comedēte sit eadem virtus tēperātia dum vterq̄ circa talia se habeat fm rōnem q̄ etiā vni ⁊ eidem vno tēpore ⁊ alio tēpore est parū: vnde qd̄ est parū viro loqui est mulieri nimis. Unde per hoc nō est essentialr̄ alia virtus que cōuenienter ꝯuenit mulieri i affabilitate. ⁊ que lz vni nō dictet plus loquēdo q̄ alteri (q̄ etiā viro dictat recta rō plus loquendū vno tēpore q̄ alio) ⁊ sic prudētia eiusdē rationis est in domino ⁊ seruo. lz maior regratur in domino (q̄ seipsum

debet dirigere ꝛ seruus) ꝗ̃ in seruo q se solū hȝ dirigere ꝛ im-
perium domini facere. Qꝛ ex quo est moderatiua passio-
nū eiusdē rōnis in seruo sicut in dño. Nā sicut dñs ſm pru-
dentiā dicit ꝙ delectabile ſm sensuȝ nō est ꝓsequendū. nisi
ſm rectitudinē rōnis affuerit. ꝙ hoc est tale. ꝛ ſm tales cir-
cūstantias est cōueniens recte rationi. sic seruus si attingat
medium temperantie ꝛ vt eius appetitus referatur ad ta-
le delectabile oportet ꝙ eodem modo circa idem obiectuȝ
ꝛ vt sibi conuenit indicet. Igitur necessario est eadem pru-
dētia domini ꝛ serui lȝ non sit perfecta in seruo sicut in do-
mino. ꝛ in muliere sicut in viro.

Opio pᵃ. Argᵐ pᵐ

Tertius articulus. An prudētia monastica iconomi-
ca ꝛ politica sit vna. Ubi dicūt qdam ꝙ nō:
sȝ differūt ſm spēm. ¶ Qđ ꝓbant. Qꝛ prudētie dīnt specie
quorū fines ꝑ se dīnt. ista pȝ. Nā habitꝰ practici differūt pe-
nes fines. Sed fines istorū prudentiarū per se differunt si-
cut bonum vnius hominis ꝛ bonum domus ꝛ bonuȝ ciui-
tatis. Ergo differunt prudentie circa ista bona. ¶ P̄. ſm

Argᵐ 2ᵐ

Philosophum. 3. politicorum. Prudentia est propria vir-
tus principi conueniens. Ergo vbi sunt principatus specie
distincti ibi sunt prudentie specie distincte. Sed principa-
tus quo quis regit seipsuȝ ꝛ quo quis regit domū ꝛ quo ci-
uitatem sunt distincti ſm spēm. ergo. ¶ Confirmaṫ. Quia
aliqs bene consiliaṫ circa ꝓpria ꝛ bene se habet in regimē
sui: qui tñ non bene regit ciuitatē. Unñ. 5. ethi. ca. 3. dicit Phs
ꝙ multi bene valnṫ in ꝓpria virtute. in his autē que ad al-
teruȝ nō possunt. ꝛ ꝓpter hoc bene illđ biātis ꝙ ṗncipatus
virum ostendit: alterū enim in cōmunitate iaȝ ṗnceps. Igi-
tur vna prudentia que sine alia esse potest non est illa.

Argᵐ 3ᵐ

¶ Itē. Super illo verbo. 6. ethico. ca. 8. Est autem politica
prudētia idē qđ habitus esse aut non. idem dicit Cōmenta-
tor plane ꝙ differunt specie iste prudētie. Ait enim sic eadē
politica ꝛ prudētia ſm ꝙ vtraqȝ habet consiliari optimuȝ
homini operabiliū ſm rōnē. qꝛ autē consiliat sibiipsi. opti-
mus politica autē que ciuitati differunt rōne. Et subdit. Quo-
rum subiecta habituū differūt ex necessitate ꝛ ipsa differūt.
Et infra dicit. Si aliqs in mediuȝ deducat res circa vtrūqȝ
horum negociaṫ. sciet enim ex istis ꝓfectā horū differētiaȝ.
Differt autē prudētia ab iconomica ꝛ politica nō soluȝ ſm
subiecta que illa quedam intendit prudenti conuenientia.
Iconomica que domui ꝛ omnibus que in ipsa. Politica vo
que ciuitati. Et infra. Ciuiliter conuersantibꝰ ꝛc. Sed vtiqȝ
ſm speciem quoniaȝ ꝛ specie differunt abinuicem qui vni
proprie congruunt ꝛ que domui ꝛ his que ſm domum ꝛ ci-
uitati ꝛ ciuiliter conuersantibus.

Opio 2ᵃ.

¶ Sed videtur mihi alia
opinio verior. ꝛ magis ſm mentem Philosophi scilicet ꝙ
sit vna ꝛ eadem prudentia specie qua quis bene consilia-
tur ꝛ bene dirigit in domo ꝛ in se. Nec aliquis habet per-
fectam prudentiam qua per eandem non bene conuiuit
alijs que bene viuit in se. quia (vt dictum est) prudentia est
circa totum bene viuere hominis ꝛ nō circa partem. Sed
totum bene viuere hominis solum comprehendit ꝙ bene
sibi viuat: imo bene viuens ꝛ sibi ꝛ alijs. ꝛ quibus natus est
cōuiuere ex hoc ꝙ sibi nō sufficit naturalr̄ inclinaṫ ad cōui-

Argᵐ pᵐ

ctum aliorū. ¶ Nā ṗmo politicorū dicit Phs ꝙ homo est
animal ciuile vñ eius totū bñ viuere includit distinctos gra-
dus ꝛ status vite. s. ꝙ bene viuat in se ꝛ ꝙ bene viuat in cō-
uictu domꝰ ꝛ ciuitatis. Qꝛ vt tractat ibi Phs. ciuitas est gra-
tia sufficiētie: ꝛ qꝛ homo sibi nō sufficit habet cōmunicatio-
nē domus que includit cōbinationē viri ꝛ vxoris: patris ꝛ
filij: domini ꝛ serui. Et qꝛ hec cōmunitas non sufficit reqrit
cōuictū aliorū. Unñ ex domibus factus est vicus / ꝛ tādeȝ ci-
uitas. Et qñ nō sufficit tādem fit maior collectio plurimoꝝ
qbus si vnus vel plures principenṫ dicunṫ diuersi ṗncipa-
tus: vt pȝ 3ᵒ politicoruȝ. Igiṫ distincti modi ꝛ status vite vt

partialis ꝯtinentur sub formali obiecto prudētie qđ est to-
tū bene viuere hominis. Igitur est vna prudētia formalr̄ ꝛ
ſm spēm. ¶ P̄. Uirtutes morales ſm Phȝ. 6. ethico. capi.

Argᵐ 2ᵐ

17. fine in fine libri sunt cōnexe inter se ad vnā prudentiaȝ
ita ꝙ nō habet ꝑfecte tēperantiā qui nō hȝ iustitiā nō solū
particularē. sed etiā legalē. Qđ ꝓbo. Qꝛ sicut ex eo ꝙ aliqs
nō bene afficiṫ ad bonū cōmune (puta ad saluāduȝ ciuita-
tē) vt ꝑ defensione ciuitatis noluit bona sua tradere ex hoc
iordinato affectu quo non vellet tradere pecuniā ad defen-
sionē sic ipeditꝰ ab actu fortitudinis. qꝛ anteꝗ̃ velit sua tra-
dere indicabit ꝙ fugiaṫ a defensiōe ciuitatis ꝛ recedat ꝗ̃ ꝙ
moueat ꝛ tradat. Igiṫ vt actus fortitudinis nō ipediaṫ opȝ
ꝙ habeat iustitiā legalē. Igiṫ eadē erit virtus moralis qua
bene se habet in se: ꝛ qua cōnexa est iustitie legali que respi-
cit cōmunitatē. Igiṫ cū virtus moralis sit cōnexa prudētie
monastice ꝛ eidē sic sit cōnexa iustitia legalis qua respicit
bonū cōmune ꝛ ciuile per eādē virtutē prudētie bene se hȝ
quis ad se ꝛ ad bonū cōmune. ¶ Confirmaṫ. Qꝛ nō minus
se extēdit prudentia que est in rōne ꝛ ṽtute cognitiua ad di-
uersa ꝗ̃ virtus moralis cū Phs dicat. 5. ethi. ca. 1. ꝙ virtus
nō est oppositorū. sed cognitio. Igiṫ cū nō sit alia tēꝑantia
boni politici: imo eadē cum habeat eadē obiecta ꝛ subiecta
eiusdē rationis in vtroqȝ. Igiṫ longe magis ad prudentiam.

Argᵐ 3ᵐ

¶ P̄. Ut dicit Phs. 6. ethi. capi. 7. Prudētia fit ꝑ experiē-
tiā que reqrit multitudinē tēporis: ꝛ si prudentia qua qs re-
git ciuitatē nō est eadē ſm speȝ cū illa q̄ qs regit seipm. tūc
opȝ ꝙ rector ciuitatis acqrat eam per experientiā exercen-
do se circa actum regiminis. Tunc quero. Quādo acquirit
istam prudentiā: nō qñ est subditus: qꝛ tunc nō exercet actꝰ
regiminis vt circa eos possit experiētiā accipere. Igiṫ nūꝗ̃
aliqs anꝗ̃ sit rector poterit habere prudentiā qđ est incon-
ueniēs vt ṗmo fiat rector anꝗ̃ sciat regere. Relinqtur ergo
ꝙ sit vna prudentia boni viri ꝛ boni politici: quā expꝰs sub-
ditus acqrit. Unde Phs. 3. politicoꝝ ait. Sed est qdā ṗnci-
patus ſm quē ṗncipatur filibus generen ꝛ specie filibus: ꝛ li-
beris: hunc enim dicimus esse ciuilē ṗncipatū quē opȝ ṗnci-
pē subditū adiscere velut eqstribꝰ ṗncipari euȝ q inter illos
subditus exercitū ducere in exercitu ductū. Propter qđ di-
ꝛ hoc bene non bene ṗncipari euȝ qui non sub ṗncipe fuit.
¶ Et ꝯfirmatur. Qꝛ ſm Phȝ iniustū est equales semꝑ eq̄-
libꝰ dominari. opȝ igiṫ assumere subditos ad dominiū. igiṫ
prius habuit sciam ꝗ̃ scit ṗncipari. hec autē est quā habuit
expꝰs subditus ꝛ bonus vir. Unñ Phs dicit ꝙ eadē est virtꝰ
ꝛ prudētia optimi viri: ꝛ optime ciuitatis ciuis ꝛ principis.

Argᵐ 4ᵐ

¶ P̄. Quādo actus ṗmus ꝛ eēntialis alicuꝰ ṽtutis est vnꝰ
ꝛ vnius rōnis tunc ṽtus est vnius rōnis quantūcūqȝ actus
minus ṗncipales ꝛ ꝯsequentes sint diuersi. qꝛ virtus maxi-
me attendiṫ talis ꝓpter actum ṗmuȝ ꝛ essentialē. Sed ſm
actus minus ṗncipales solum attēditur differētia penes cō-
ꝑfectius ꝛ iperfectius talis ṽtutis. Qđ pȝ in prudētia mona-
stica: pono aliquem q habet prudentiā circa tēperantiam ꝛ
aliū q habet prudentiā circa fortitudinē (qꝛ actus prudētie
est agibilia dirigere ſm rōnem) ideo qꝛ in hoc cōueniūt est
vna prudētia ſm spēm tñ. Et quia nō habet perfectū esse
dum habeṫ solum circa tēperantiā: ideo non sic extendit se
ad omnia sicut dum perfecte habeṫ. Sed prudentie mona-
stice / iconomice / ꝛ politice est ṗncipalis actus idem. s. diri-
gere se ꝛ alios in bonum ṽtutis. istud enim maxime intēdit
legislator vt faciat ciues bonos. Cōstat qdeȝ ꝙ iste est actꝰ
idem in oībus. Nam non precipit aliam tēperantiam prin-
ceps in subdito ꝗ̃ bonus in seipso. Nec aliam fortitudineȝ.
lȝ in qbusdam alijs actibus ꝯsequentibus differant ſm ꝙ
aliquos actus precipit ṗnceps respectu subditorū quos nō
precipit bonus vir respectu sui. qꝛ non habet illam habitu-
dinē bonus vir ad se nec ad tot actus sicut princeps habeṫ.

Unde

